

SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
BOUGHT WITH
THE GIFT OF
WILLIAM GRAY,
OF BOSTON, MASS.
(Class of 1829).
Jan. 1, 1861.

CATALOGUS
CODICUM MANUSCRIPTORUM
BIBLIOTHECAE PALATINAE
VINDOBONENSIS.

PARS I.
CODICES PHILOLOGICI LATINI.

DIGESSIT
STEPHANUS ENDLICHER.

VINDOBONAE.
APUD F. BECK UNIVERSITATIS BIBLIOPOLAM.
1836.

Vienna - Kaiserliche Bibliothek.

CATALOGUS
CODICUM PHILOLOGICORUM LATINORUM
BIBLIOTHECAE PALATINAE
VINDOBONENSIS.

DIGESSIT

STEPHANUS ENDLICHER.



VINDOBONAE.

APUD F. BECK UNIVERSITATIS BIBLIOPOLAM.

1836.

EXCELLENTISSIMO & ILLUSTRISSIMO

DOMINO

MAURITIO COMITI DE DIETRICHSTEIN,

S. C. R. APOSTOLICAE MAIESTATI AB INTIMIS CONSILIIS ET CUBICULIS
SERENISSIMAE IMPERATRICIS ET REGINAE
MAGNO AULAE MAGISTRO

S. LEOPOLDI AUSTRIACI, AQUILAE ALBAE RUSSICO-POLONICAE
S. CONSTANTINI PARMENSIS
EQUITI MAGNA CRUCE DECORATO
INSIGNIS ORDINIS REGII DANEBROGICI COMMENDATORI
S. JOANNIS HIEROSOLYMITANI EQUITI
COMPLURIUM ACADEMIARUM SODALI
ETC. ETC.

BIBLIOTHECAE PALATINAE PRAEFECTO

CUIUS IUSSU SCRIPSIT

CUIUS AUSPICIIS SCRIBERE POTUIT

HOC VOLUMEN

BIBLIOTHECAE PALATINAE VALEDICENS

CONSECRAT

AUCTOR.

Pauca sunt quae in limine operis saepe ab eruditis expetiti praemonenda puto, eaque potissimum huius voluminis rationes spectant.

Bibliotheca palatina Vindobonensis quibus conditoribus coepta, quibusve initiis in eam creverit molem, ut nunc iam magnitudine sua laborare videatur, varia a scriptoribus fortuna expositum est; nec unquam defuere inter nostrates viri, qui de libris in amplissimam hanc Musarum palaestram Augustorum munificentia congestis, summa eruditione scriberent.

Nam praeter vasta et in vulgus eruditorum nota volumina, a Lambecio, Nesselio, Kollario et Denisio typis edita, in sacratioribus scriniis servamus amplissimos de libris manuscriptis commentarios a Gentilotto et Forlosia conscriptos, catalogos ab Heyrenbachio et Schwandtnero digestos, et adversaria a Kopitario et Eichenfeldio viris

clarissimis consignata, quibus cunctorum quos bibliotheca palatina habet codicum calamo exaratorum, recensus continetur.

Excellentissimus bibliothecae palatinae Praefectus Mauritius Comes de Dietrichstein cum comperisset universum hunc apparatum diversissima ratione conscriptum, commentarios continere editioni ea aetate paratos, vel ieiunos indices, vix libris in scrinio reperiundis satis idoneos, vel adversaria sistere recensendis olim codicibus destinata, nec quotidiano usui satis esse commodum, nec splendori tantae bibliothecae sufficere; coepit pro ea qua est in bonas literas sollicitudine, de conficiendo codicum manuscriptorum catalogo cogitare, tantoque acrius insistere, cum vel increscens codicum numerus, et urgens ubique angustiarum necessitas, novam suppellectilis nostrae dispositionem flagitaret.

Ordinato itaque novo codicum per conclavia agmine atque biennii herculeo labore ita disposito, ut nunc primum e voluminum farragine librorum manuscriptorum bibliotheca condita esse videretur, conficiendae quoque enumerationis provinciam illustris Musagetes mihi commisit, ea lege, ut selectis ante reliquos libris qui ad Romanarum literarum disciplinam spectarent, brevem illorum recensum quantocius cum orbe erudito communicarem.

Habes ergo lector benevole hoc in volumine codicum philologicorum latinorum bibliothecae palatinae Vindobonensis catalogum, iussu et auspiciis excellentissimi Praefecti tali brevitate a me conscriptum, ut nihil tamen ad ubertatem facile possit desiderari.

Opus ipsum duabus partibus complexus sum, quarum prior codicum absolvit descriptionem, altera per singulorum auctorum opuscula ita decurrit, ut quidquid ad eundem scriptorem spectat, unico sistatur obtutui; eorum autem rationes penitus reiciendas putavi, qui nunc in conficiendis codicum calamo exaratorum catalogis ita versantur, ut illos posthabita ipsorum librorum recensione, e solis auctoribus disponant.

In describendis singulis codicibus, quos e potissimi qui inest auctoris aetate disponendos credidi, primum voluminis materiam, aetatem, et molem indicavi; deinde singulorum operum titulo, qualis e probata vulgo sententia esse putatur enuntiato, vel ἀδεσπότως a me indito, manuscriptas inscriptiones et subscriptiones, et ipsum ubi necesse videbatur initium vel quoddam specimen recitavi; quae ad libri fata spectarent notavi; numeros, quibus codices nunc in scriniis signantur, et siglas quibus olim notati fuerunt margini adscripsi; cuncta denique varia typorum forma distinxi.

In indice auctorum, qui alteram libri partem constituit, summa brevitate utentium commodo consultum est; siglarum concordia inveniendis in nostro volumine codicibus ab aliis iam indicatis inservit.

Senatusconsulti de coërcendis Bacchanalibus tabulam, antiquissimi Liviani codicis paginam, et Ulpiani institutionum lacinias a me nuper hic erutas, ne quid ad opellae nostrae ornatum deesset, in lapide delineandas curavi.

Superest ut bibliothecae palatinae Custodibus atque Scriptoribus, quorum humanissimo consortio me per septennium usum fuisse nunquam grata mente excidet, hoc etiam loco valedicens; viros clarissimos iterum iterumque rogem, ut suum olim in ornatissimo hoc collegio sodalem, semper unum e suis habere velint.

Vindobonae. Kal. Febr. MDCCCXXXVI.

CODICES PHILOLOGICI LATINI.

I.

Tabula aenea, unum pedem longa, pede paullo latior, duas lineas crassa, saeculi ante Chr. II., nunc marginibus e testudinum marinarum clypeis, conchis margaritiferis et auro ornatis, cincta, et intra capsulam recondita. 1. / s. n.

Exemplum Senatusconsulti de coërcendis Bacchanalibus Q. Marcio Philippo et Sp. Postumio Albino Coss. *(anno U. C. 568, ante Christ. 186.)* agro Teurano *(Teramo in Brutiis?)* destinatum. Vid. *Liv. hist. XXXIX. 8—18.*

Vetustissimum hocce scripturae romanae monumentum anno 1640 Terioli in Brutiis, a Ioanne Baptista Cigala, dum aedium foderet fundamenta repertum, ab eius nepote Ioanne Baptista iuniore Cigala, Terioli principe anno 1727 Carolo VI. imperatori dono datum, et bibliothecae palatinae illatum est. Primum Neapoli a Tollio exscriptum, a Gronovio *(praef. in Ciceronem L. B. 1692)*, deinde a Fabrettio *(Inscript. syntagm. p. 417, ss.)* et a Scipione Maffeio *(storia diplomat. p. 125, ss.)* editum, ac in plurimis Livii editionibus repetitum, tandem editorem et interpretem nactum est eruditissimum Matthaeum Aegyptium, opere singulari: *Senatusconsulti de Bacchanalibus, sive aeneae vetustae tabulae musei Vindobonensis explicatio. Neapoli 1792. fol.* Novissime Senatusconsultum nostrum descriptum legitur apud Grotefend, *latein. Grammat. Ed. 8. Francf. a. M. 1820. II. 297—302.* Fiedler, *Geschichte des röm. Staats und Volkes. Leipz. 1821, p. 370, ss.*, et Haubold, *antiq. Roman. monum. legalia ed.* E. Spangenberg, *Berol. 1830, p. 5, ss.*

II.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 97, in folio. 110. / φ. 91.

M. Accii Plauti Comoediae: Amphitruo, Asinaria, Aulularia, Captivi, Curculio, Casina, Cistellaria, Epidicus.

Inscriptio: „*Plauti Asinii Clarissimi Poete Comici Comedia incipit, cui „titulus est Amphitruo,*“ et sic in ceteris. In calce adscriptum est Vulcatii Sedigiti de poetis comicis iudicium *(e Gellio Noct. Attic. XV. 24.)* hac inscriptione: „*Ex libro egidii nigidii quem de poetis scripsit.*“ Extremae ultimi folii orae librarius nomen suum adscripsit: „*Antonius pallacius.*“

III.

111. / S. 4. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 297, in folio.*

M. Accii Plauti Comoediae XX.

f. 1. Amphitruo. — f. 17. Asinaria. — f. 31. v. Captivi. — f. 48. v. Curculio. — f. 61. Aulularia. — f. 75. Casina. — f. 90. v. Cistellaria. — f. 99. v. Epidicus. — f. 116. Bacchides. — f. 131. v. Mustellaria. — f. 148. Menaechmus. — f. 161. Miles gloriosus. — f. 181. v. Mercator. — f. 196. Pseudolus. — f. 214. Poenulus. — f. 232. Persa. — f. 244. Rudens. — f. 262. Stichus. — f. 271. Trinumus. — f. 287. Truculentus (abrumpitur *act. IV. sc. III. v. 54*).

Codex e bibliotheca archiepiscopali Salisburgensi ad nos translatus, in fronte praeter arma Matthiae Corvini Hungariae et Bohemiae regis, adpictum habet aliud scutum infulatum, leonem rubrum in campo aureo, liliumque album cum duabus stellis aureis in campo caeruleo exhibens, quod ad Ioannem III. archiepiscopum Salisburgensem referendum esse videtur.

IV.

3168. / φ. 90. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 294, in folio.*

M. Accii Plauti Comoediae XX.

f. 1. Amphitruo. — f. 24. v. Asinaria. — f. 40. Aulularia. — f. 52. Captivi. — f. 70. v. Curculio. — f. 82. Casina. — f. 95. v. Cistellaria. — f. 103. Epidicus. — f. 116. Bacchides. — f. 132. Mostellaria. — f. 194. Menaechmus. — f. 166. v. Miles gloriosus. — f. 188. Mercator. — f. 202. v. Pseudolus (prologi nonnisi ultimi duo versus adsunt). — f. 220. Poenulus. — f. 235. v. Persa. — f. 246. Rudens. — f. 261. v. Stichus. — f. 270. Trinumus. — f. 283. Truculentus.

Primis foliis adscripta sunt veterum auctorum de Plauto testimonia, Ioviani Pontani manu. Possessores codicis thecae nomina sua adscripserunt: Iovianus Pontanus, Antonius Panormitanus, Antonius Feltrius et Ioannes Sambucus. In fine a manu recentiori annus 1243 est adscriptus.

V.

263. / φ. 334. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 6, in quarto.*

P. Terentii Afri Comoediarum Andriae et Adelphorum fragmenta.

Andriae fragmentum orditur *act. V. sc. IV. v. 9.* et pertingit ad comoediae finem, hac adiecta subscriptione: *„P. Terenti Afri Andria expliciyt. Calliopius recensui."* **Adelphorum** adest initium usque ad *act. II. sc. I. v. 4.*, praemisso **Sidonii Apollinaris** argumento, et hac inscriptione: *„Incipit Adelphe. Argumentum in adelphoe."*

VI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 149, in folio. 62. / R. 915.

P. Terentii Afri Comoediae sex.

Praemittitur „Terentii vita ex dictis Petrarchae" qualis exstat in editione Mediolan. 1476.

Hecyra abrumpitur, ultimis foliis e codice excisis, *act. V. sc. IV. vers. 860.*

Pertinuit olim ad collegium **Iesuitarum Vindobonense.**

VII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 96, in quarto. 155. / φ. 147.

P. Terentii Afri Comoediae sex.

Inscriptionis loco praemittitur **Terentii** epitaphium: *„Natus in excelsis."* etc. Subscriptio in fine singularum comoediarum: *„Vos valete et plaudite. Caliopius recensui."* In fine codicis: *„Terentii Afri comici eloquentissimi phormio sexta et ultima comedia feliciter explicit, scripta et completa die XXII° Marcii 1433, hora nona diei dominice. Jo. ant. de Vrsinico q̂ bthei del part."*

VIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 152, in quarto. 270. / U. 510.

P. Terentii Afri Comoediae sex.

In fine codicis: *„Sexta et ultima comedia Terentii Afri poete clarissimi explicit georgii 1461 gretz."*

Pertinuit primum ad **Io. Alex. Brassicanum**, deinde dono **Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis** bibliothecae universitatis accessit.

IX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 217, in quarto. 290. / φ. 336.

P. Terentii Afri Comoediae sex, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Subscriptio: „*Anno domini millesimo cccc° XL. die XXVII° mensis* „*ianuarii, tercie indictionis presens terencii liber scriptionis finem attigit.*"
Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

X.

309. / φ. 394. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 172, in quarto minori.*

P. Terentii Afri Comoediae sex.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

XI.

3123* / f. a. 17. *Codex manuscriptus membranaceus latinus saeculi XV. foliorum 145, in folio.*

P. Terentii Afri Comoediae sex, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Subscriptio: „*Completum fuit hoc opus die XXIII° mensis decembris nocte* „*sequenti ipsum diem, inter spatium sexte et septime hore anno domini m°* „*IIII cimo primo. Scripsit damianus de pola, bononie in domo dñi* „*lodovici barbo de venetiis, tunc prioris sci georgii de* „*alga de venetiis, studentis ibi in jure canonico.*"

XII.

3210. / φ. 211. *Codex manuscriptus membranaceus latinus saeculi XV. foliorum 210, in quarto.*

I. f. 1—6. Timothei Maffei Veronensis, Epistola exhortatoria ad Italiae principes de bello Turcis inferendo, data Bononiae ann. 1454.

Incipit: „*Timotheus Veronensis canonicus regularis cunctis Italie* „*principibus salutem. Deum immortalem sepenumero precatus sum, quo* „*tandem italicas res post varia prelia, post cedes innumeras, post direptas* „*eversasque civitates non longius progredi ad interitum, sed componi sine-* „*ret ad quietem.*"

De Timotheo Maffei e canonico regulari archiepiscopo Ragusino, eiusque scriptis, praeter Sc. Maffei *Veron. illustr. II. p. 519.* vid. etiam Cels. de Rosinis *Lyc. Lateran. II. 327.* et Gabr. Pennot. *Hist. Canonic. Regul. Lib. III. cap. XI.* §. *II.*

II. f. 11—150. P. Terentii Afri Comoediae sex, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Subiicitur Terentii epitaphium: „*Natus in excelsis.*"

III. f. 151—157. Franc. Petrarchae Vita Terentii.

Exstat in editionibus antiquis, uti *Mediolan. 1476. Argent. 1499. etc.* Subscriptio: „*Ferunt hec fuisse dñi francisci petrarce.*"

IV. f. 158—173. Anonymi Commentarius in Terentii Comoedias.

Initium prologi in hunc commentarium nullius frugis tale est: „*Injungitis* „*michi onus eximii viri, quibus nequeo refragari tum propter uestram non* „*parvam in me beniuolentiam, et mei erga vos, tum ne spem vestram erga* „*me frustrari videar, accipio autem et onus et sarcinam hanc.*" *etc.* Initium commentarii in primam comoediam tale est: „*Simo senex civis athe-* „*niensis fuit multe pericie et eloquencie, sagacis consilii et maturi, verum* „*aliquantulum ire impaciens.*" *etc.*

Idem commentarius in mox sequenti codice recurrit.

V. f. 180—204. Anonymi Tabulae rhetoricae cum earundem expositione.

Inscriptio: „*Fundamentum extractum ex rethorica Tulii, declarans ea* „*que in figuris precedentibus tanguntur.*" Incipit: „*Rethorica dicta est a* „*res, quod est ornatus, et yeos scientia.*" *etc.*

VI. f. 205—206. »Consilium Dñi. Paganini de Sala legum »doctoris super solutione vel non solutione collectarum.«

Incipit: „*Primo proponuntur aliqua pro evidenti necessitate, scilicet* „*quod quinque collecte imponuntur per universitatem.*" *etc.*

VII. f. 207—210. Excerpta e P. Ovidii Nasonis Epistolis Heroidum.

Thecae inscriptum est: „*Maximiliano duci Austrie cet. hujus* „*terencii usum dedit doctor thomas de cilia, anno domini 1471.*"

Codex est e librorum Ambrasianorum numero, inter quos No. 464. signatus fuit.

XIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 175, in quarto. 3226. / R. 3175.

I. f. 1—5. Francisci Petrarchae Vita Terentii.

Inscriptio: „*Franciscus Petrarcha super vita terencii.*" Vid. sup. XII. 3.

II. f. 6—162. r. P. Terentii Afri Comoediae sex.

Praemittitur Terentii epitaphium: „*Natus in excelsis.*“ *etc.*

III. f. 162 v.—175. Anonymi Commentarius in Terentii Comoedias.

Est idem commentarius de quo supra XII. 4. diximus.

XIV.

 Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 246, in fol.

I. f. 1—126. P. Terentii Afri Comoediae sex, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Singulis comoediis Sulpitii Apollinaris argumenta praemittuntur.

II. f. 127 v.—129. Gualteri de Castillione Alexandreidos Lib. I. v. 81—202.

III. f. 132—143. Luciani Charon, Rinuccino Aretino interprete, cum eiusdem praefatione ad Ioannem Cardinalem Morinensem.

Inscriptio: „*Luciani dialogus qui inscribitur Charon latinus per* „*Rinutium denuo traductus est, ad Reverendissimum patrem dominum* „*Jo. Car. morinensem.*“ Subscriptio: „*deo gratias anno 1493.*“ Praefationis bonam partem et interpretationis specimen habes apud Bandinium *Cat. Bibl. Med. Laur. III. 266.*

IV. f. 145—155. Bartholomaei Coloniensis Carmina quaedam.

Primum carmen inscribitur: „*Bartolomei Coloniensis bucolici* „*carminis egloga, cuius colloquutores sunt Pansophus et Aphilus.*“
Incipit: „*Aphile cur niveas pecudes hirtasque capellas*
„*Cogis in aridulos campos squalentiaque arva:*
„*Nonne vides campos herbis et floribus orbos,*
„*Et sine fruge solum, et viridi sine gramine rura.*“ *etc.*

De auctore praeter Harzheim *Biblioth. Colon. p. 27.* cfr. etiam Denisium *Wiens Buchdruckergesch. p. 77.*

V. f. 157—188. Q. Horatii Flacci Epistolarum Libri II.

Subscriptio: „*Deo gratias 1493.*“

VI. f. 190—192. Aeschinis, Demadis et Demosthenis Sententiae de Alexandro Magno recipiendo vel armis repellendo.

Exstat eadem interpretatio cum Pseudo-Senecae *de virtutibus cardinalibus libello s. l. et a. in 4to.* impresso.

VII. f. 192—195. v. **Bernardi Carnotensis cognomento Sylvestris Epistola ad Raymundum Castri Ambrosii, de modo rei familiaris utilius gubernandae.**

Inscriptio: „*Epistola bernhardi super gubernatione rei familiaris.*" Subscriptio: „*Finis hujus epistole.*" Bernardo Clarevallensi olim tributa haec epistola, in plerisque huius scriptoris editionibus, Horstiana antiquioribus, exstat.

VIII. f. 196—200. **Pseudo-Senecae Liber de moribus.**

Inscriptio: „*Lucii Annei senece de moribus liber incipit.*"

IX. f. 200 r. »**Epitaphium Senecae.**«

Incipit: „*Cura, labor, meritum.*" *etc.* Hildeberto Turonensi vulgo adscribitur. *Vid. Opp. edit. Beaugendre. Paris, 1707. col. 1869.*

X. f. 202 v.—214. **P. Ovidii Nasonis de remedio amoris Liber.**

In duos libros carmen hic partitum est, secundus cum *versu 397.* orditur.

XI. f. 215—235. **A. Persii Flacci Satyrae sex, cum argumentis et commentario marginali.**

Inscriptio: „*Pauli Flaccii Persii Poete Satirarum opus. Incipit* „*Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto Wormatie in die* „*omnium sanctorum.*"

XII. f. 236—245. r. **Isocratis Oratio ad Demonicum, Rudolpho Agricola interprete, cum eiusdem praefatione ad Ioannem Agricolam fratrem suum.**

Exstat inter Rud. Agricolae *Lucubrationes. Basil. 1518. f. 27—33.* Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Finis Anno 1495.*"

XIII. f. 245 v.—246. **Pseudo-Ovidii s. Ovidii Albi Iuventini Elegia de philomela.**

Inscriptio: „*P. Ouidii Nasonis de phylomena liber incipit.*" Subscriptio: „*Finis 1496.*"

Codex ex arce Ambras (No. 463.) ad nos translatus.

XV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 365, in folio, praemissis foliis 4, non sign., literis initialibus picturisque ornatus, sumptibus Ferdinandi I. Aragonii Siciliae regis exaratus. 4. / φ. 2.

M. T. Ciceronis Orationes.

I. f. III. non sign. pro lege Manilia. — f. 6. r. pro Milone. — f. 15. r. pro Plantio. — f. 24. r. pro Sylla. — f. 32. r. de aruspicum responsis. — f. 38. v. pro L. Muraena. — f. 47. v. pro Sextio Roscio Amerino. — f. 58. v. pro L. Cornelio Balbo. — f. 64. v. pro Publio Sextio. — f. 75. v. pro domo sua. — f. 88. r. pro P. Quintio. — f. 95. v. pro L. Flacco. — f. 104. r. pro Cluentio. — f. 121. v. pro Marco Fonteio. — f. 125. r. pro A. Cecina. — f. 133. v. pro Caio Rabirio Postumo. — f. 137. r. pro C. Rabirio perduellionis reo. — f. 143. v. de lege agraria I—III. — f. 156. r. in Pisonem (in principio huius orationis paucula desunt quae in libris editis habentur; incipit his verbis: „*tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit*"). — f. 165. r. in Catilinam I—IV. — f. 176. v. C. Crispi Sallustii in M. T. Ciceronem Oratio. — f. 177. v. Ciceronis in Sallustium Oratio. — f. 179. r. pro Archia poëta. — f. 182. r. in Vatinium. — f. 185. v. ad equites pridie quam iret in exilium. — f. 188. r. ad populum post reditum. — f. 190. v. ad senatum post reditum. — f. 194. v. pro Marco Caelio. — f. 202. r. de provinciis consularibus. — f. 206. v. pro rege Deiotaro. — f. 210. v. pro M. Marcello. — f. 213. r. pro Q. Ligario. — f. 217. r. in Verrem I—VII. — f. 316. v. Philippicae XIV.

Folii primi non sign. membrana est purpurea, in qua auro delineata est Ferdinandi I. Aragonii Siciliae regis (qui a. 1458. regnum auspicatus, a. 1494. vivere desiit) equestris statua, hac inscriptione addita: „*Ferdinando. Aragonio. Regi. Italico. Pacis. Et. Militiae. Ductori. Semper. Invicto. Aeterno. Musarum. Splendori. Unico. Justitiae. Cultori. Principi. Optumo. Cynicu. (sic) Escripsit.*"

f. II. nnsgn.—III. r. „*Tituli orationum M. Tul. Ciceronis.*" — Fol. III. et IV. titulis aureis picturisque variis, quas inter gentis Aragonicae arma, quae deinceps f. 185. v. et f. 217. v. recurrunt, ornata sunt.

Hunc codicem Ioannes Sambucus a. 1564 Maximiliano II. imperatori dono dedit, tali dedicatione fol. 1. manu sua adscripta: „*Maximiliano Romanorum, Hungariae Boemiaeque regi optimo, devotus et infimus cliens Joannes Sambucus Tirnaviensis Pannonius domino suo clementissimo XV. Maii. M. D. LX. IIII.*"

XVI.

11. / S. 1. a. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 316, in fol.*

M. T. Ciceronis Orationes.

F. 1. r. pro S. Roscio Amerino. — f. 17. r. pro P. Quintio. — f. 27. v. pro A. Caecina. — f. 40. r. pro C. Rabirio Postumo. — f. 45. r. pro C. Rabirio perduellionis reo. — f. 49. r. pro Roscio Comedo. — f. 55. r. pro Cluentio. — f. 81. v. pro L. Cornelio Balbo. — f. 90. r. de Cn. Pompeio ad mithridaticum bellum mittendo. — f. 99. r. in Catilinam I—IV. — f. 115. r. de lege

agraria I.—III. — f. 132. v. pro L. Muraena. — f. 146. r. pro se ad populum pridie quam iret in exilium. — f. 149. v. ad populum post reditum. — f. 152. v. ad senatum post reditum. — f. 158. v. pro domo sua. — f. 177. r. de aruspicum responsis. — f. 187. r. de provinciis consularibus. — f. 193. v. pro P. Sextio. — f. 209. v. in L. Pisonem. — f. 223. r. pro T. Ann. Milone. — f. 236. v. pro L. Flacco. — f. 249. r. Crispi Sallustii Oratio in Ciceronem. — f. 250. r. Ciceronis Oratio in Sallustium. — f. 252. v. pro Cn. Plancio. — f. 267. r. pro P. Sylla. — f. 278. v. pro M. Caelio. — f. 289. v. in Vatinium. — f. 295. pro Archia poëta. — f. 299. pro M. Marcello. — f. 302. pro Q. Ligario. — f. 306. pro rege Deiotaro. — f. 311. r. pro M. Fonteio.

Orationes Verrinae et Philippicae in hoc volumine non habentur.

Praemittuntur folia bina non signata, quorum prius miniatum orationum indicem, alterum Quintiliani de Cicerone locum adscriptum habet.

Codicem e libro antiquo (*Florent. Medic. Plut. LXXXX. cod. 69.* Bandini *Cat. II. 658.* si recte coniicio) fuisse descriptum, variae lectiones margini hinc inde adspersae, et diserta vetusti exemplaris mentio (*f. 47. r. et alibi*) demonstrant.

Folio 1, inter varias picturas, scutum infulatum, cum iisdem armis gentilitiis, quae supra in cod. III. descripta, ad Ioannem III. archiepiscopum Salisburgensem probabili coniectura esse referenda monuimus. Thecae tabulae posterioris margines fibulis argenteis ornatae sunt, quarum binae, in margine exteriori sitae, eadem quae diximus insignia infulata insculpta habent, tertia vero marginis superioris Matthiae Corvini emblemata, crucem et fluvios Hungariae, leonem bohemicum cum gentilitio corvo exhibet.

Nobis e bibliotheca archiepiscopali Salisburgensi accessit.

XVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 268, in folio. 31. / φ. 18.

M. T. Ciceronis Orationes.

f. 1. Oratio pro Roscio Amerino. — f. 18. v. pro Milone. — f. 32. r. pro lege Manilia. — f. 41. r. pro Muraena. — f. 55. r. pro Archia poëta. — f. 59. v. pro M. Marcello. — f. 67. r. Sallustii in Ciceronem invectiva. — f. 63. r. pro Ligario. — f. 68. v. Ciceronis in Sallustium responsio. — f. 70. v. pro Plancio. — f. 85. r. pro Sylla. — f. 96. r. ad equites ante exilium. — f. 99. v. pro P. Sestio. — f. 111. r. ad patres post exilium. — f. 116. r. pro M. Caelio. — f. 125. v. pro C. Balbo. — f. 134. r. ad Quirites post exilium. — f. 137. v. pro rege Deiotaro. — f. 142. v. pro L. Flacco. — f. 155. r. pro P. Quintio. — f. 165. r. pro Caecina. — f. 177. r. pro Cluentio. — f. 199. v. in Vatinium. — f. 203. v. de aruspicum responsis. — f. 212. v. de

provinciis consularibus. — f. 221. r. in Catilinam I—IV. — f. 249. r. pro domo sua.

Oratio pro L. Flacco f. 142. abrupta, f. 219. continuatur et f. 220. absolvitur.

Fuit olim Ioannis Sambuci, qui margini lectiones varias hinc inde adscripsit.

XVIII.

3122. / φ. 37. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 234, in folio.*

M. T Ciceronis Orationes.

f. 1. Oratio pro Ligario. — f. 4. pro Archia poëta. — f. 7. pro M. Marcello. — f. 10. de Cn. Pompeio imperatore deligendo. — f. 17. pro rege Deiotaro. — f. 22. pro T. A. Milone. — f. 33. pro Cn. Plancio. — f. 44. v. pro P. Sylla. f. 51. v. pro P. Quintio. — f. 58. pro L. Muraena. — f. 69. pro S. Roscio Amerino. — f. 80. v. pro A. Cluentio. — f. 99. pro L. Flacco. — f. 109. v. ad Quirites post reditum. — f. 112. v. in Catilinam I. — f. 120. v. pridie quam iret in exilium. — f. 123. v. in senatu post reditum. — f. 129. Q. Cicero de petitione consulatus. — f. 134. pro domo sua. — f. 153. in Vatinium. — f. 155. v. pro M. Caelio. — f. 165. pro Cornelio Balbo. — f. 174. de aruspicum responsis. — f. 183. v. de provinciis consularibus. — f. 190. v. pro P. Sextio. — f. 202. in Pisonem. — f. 209. v. pro C. Rabirio Postumo. — f. 219. pro A. Caecina. — f. 232. Invectiva in Catilinam. (Salust. *opp. edit. Basil. 1564. p. 1098.*)

In fine ultimae huius orationis haec nota librarii legitur: „*Finis invective L.* „*Cathiline pessimi civis Romani et Ciceronis quondam maxima necessi-* „*tate coniuncti, tantem (sic) infestissimi, nam ulla neque fingi nec excogitari* „*potest perniciosior quam socii domestica inimicicia, mihi crede harum.* „*rerum nuper experto. franges et corues (sic) destruesque te ipsum invide,* „*ac totus miseriam experieris, michi haut noces, nosce temet tandem quid* „*in te ipso profeceris.*“

Ad calcem orationis pro Plancio f. 44. librarii nomen habetur: „*H. Jeroni-* „*mus de Surim dyaconus*“, in fine orationis pro Milone f. 33. anni nota: „*Sabbato ante Egidii 1461.*“ et iterum f. 69.: „*hec Jeronimus de* „*Surim sub anno dñi 1461.*“

XIX.

3148. / R. 3023. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 113, in folio.*

I. f. 1—88. M. T. Ciceronis Orationes.

F. 1. Oratio pro lege Manilia. — f. 8. v. pro M. Marcello. — f. 12. r. pro Archia poëta. — f. 15. r. pro Q. Ligario. — f. 18. v. pro Deiotaro rege. — f. 23. r.

pro Milone. — f. 36. r. pro Plancio. — f. 50. v. pro Sulla. — f. 57. v. in Catilinam I. — f. 59. v. in senatu post reditum. — f. 63. pridie quam iret in exilium. — f. 68. pro domo sua. — f. 69. v. pro Caelio. — f. 78. v. pro Corn. Balbo. — f. 81. v. in Pisonem. — f. 87. v. pro C. Rabirio Postumo.

II. f. 96—98. Leonardi Bruni Aretini de duobus amantibus Guiscardo et Sigismunda filia Tancredi principis Salernitani Epistola.

III. f. 98. v.—113. Aeneae Sylvii de duobus amantibus Euryalo et Lucretia Opusculum.

Fol. 98.—95. vacua sunt.

Possessoris nomen involucro adscriptum est: „*Liber doctoris Nicolai* „*Schultz canonici Wratislawiensis.*“ Eadem manu in fine orationis pro lege Manilia adnotatur: „*Audita a Cristofero de Vicenti-* „*nis á me N. S. D. O. bononie.*“ Praeterea in fronte codicis haec habetur inscriptio: „*Reverendus pater dominus Johannes episcopus* „*Wratislawiensis hunc librum cum multis aliis monasterio canonico-* „*rum regularium sc̃e dorothee Wienne ex relictis doctoris Ni-* „*colai Sculteti canonici et cantoris Wratislawiensis ibi-* „*dem sepulti assignari et illuc traduci curavit. A°. 1488.*“

XX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 43, in quarto. 241. / S. 8. 1.

M. T. Ciceronis Orationes quinque.

F. 1. Oratio pro lege Manilia. — f. 8. pro Plancio. — f. 32. pro Sylla. — f. 40. v. pro Archia poëta. — Subscriptio: „*Expliciunt quinque M. T. Ciceronis ora-* „*tiones preclarissime.*“ Item ab alia manu: „*Iste libellus est conventus St.* „*Laurentii extra Tridentum, ordinis predicatorum St. Dominici,* „*nobis comodatus.*“

Notam hanc scriptam esse manu Ioannis Hinderbachii episcopi Tridentini observat Gentilottus *Monument. Trident. tom. III. p. 391.* ubi codicis nostri inter bibliothecae episcopalis Tridentinae libros olim adservati, meminit.

XXI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 19, in octavo. 295. / φ. 392.

M. T. Ciceronis Orationum in Catilinam III. et IV. fragmenta.

Oratio tertia orditur his cap. VII. verbis: „*vigilantem tam in perditis rebus* „*diligentem.*“ *etc.* Quarta abrumpitur in cap. VII. verbis: „*tum multo maio-* „*re p. r. ad summum imperium reti ....*“

XXII.

64. / φ. 36. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 204, in fol.*

M. T. Ciceronis Orationes Verrinae.

In septem libros Verrinae in hoc codice distribuuntur. f. 1. r. Lib. I. in Q. Caecilium divinatio. — f. 12. r. Lib. II. in Verrem actio prima. — f. 21. r. Lib. III. actionis secundae oratio prima. — f. 51. r. Lib. IV. actionis secundae oratio secunda. — f. 88. r. Lib. V. actionis secundae oratio tertia. — f. 134. v. Lib. VI. actionis secundae oratio quarta. — f. 167. v. Lib. VII. actionis secundae oratio quinta.

XXIII.

139. / φ. 140. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 263, in quarto.*

M. T. Ciceronis Orationes Verrinae.

Fuit Ioannis Sambuci, qui trium florenorum pretio in Italia emit.

XXIV.

156. / φ. 150. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 208, in quarto.*

M. T. Ciceronis Orationes Verrinae.

XXV.

73. / φ. 65. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus auro et minio distinctis, foliorum 74, in fol.*

M. T. Ciceronis Orationes Philippicae.

Orationes nonnisi tredecim in codice numerantur, quinta enim e quinta et sexta ita est conflata, ut verbis (*orat. V. cap. XII.*) „*quamobrem p. c. lega-* „*torum mentionem*“ continuo adhaereant (*orat. VI. cap. VII.*) verba: „*nun-* „*quam vidi tantam quanta nunc nostra est.*“

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

XXVI.

152. / φ. 151. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 80, in quarto.*

Asconii Pediani Enarrationes in Ciceronis Orationes.

F. 1. In orationem contra Pisonem. — f. 7. in orationem pro Scauro. — f. 11. in orationem pro Milone. — f. 23. in orationem pro Cornelio. — f. 32. in orationem adversus competitores consulatus in toga candida. — f. 36. in divinationem in Verrem. — f. 47. in actionem primam in Verrem. — f. 57. in orationem primam actionis secundae in Verrem. — f. 75. in orationem secundam actionis secundae in Verrem.

Folio primo et in theca habentur scuta Matthiae Corvini Hungariae regis.

XXVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 157, in fol. min. 116. / S. 5.

I. f. 1—5. Incerti Sciagraphia Rhetoricae.

Incip.: „*Tullius erexit romanę insignia linguę*“
„*Rethoricas latio dum sonat ore tubas.*“
„*Rethorica dicitur apo ty rethoreum i. e. copia deducte orationis influere.* „*Ars autem rethorica est sicut magistri tradunt secularium litterarum be*-„*ne dicendi scientia in civilibus questionibus.*“ Finit: „*cum periculo capi*-„*tis non dubitavit occidere.*“ Hausta sunt haec ex Alcuini de rhetorica et virtutibus dialogo. *Opp. edit. Froben. II. 1. p. 313 ss.*

II. f. 6—59. M. T. Ciceronis de Inventione Libri II.

III. f. 59 v.—157. M. Fabii Victorini Expositio in Ciceronis de Inventione libros II.

IV. f. 157. v. Invitatio ad amicam.

Lepidae cantiunculae, quam nuper cl. Hauptius *Exempl. poes. lat. med. aevi p. 29. s.* ex ipso hoc codice edidit, adpositae sunt notae musicae.
Est e numero librorum qui Salisburgo nobis accesserunt.

XXVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 79, in quarto. 165. / q. 173.

I. f. 1—40. M. T. Ciceronis de Inventione Libri II.

Inscriptio: „*Tullius in Rethoricam.*“ Subscriptio libri I.: „*Artis finitur primus liber, alter orditur.*“ Liber secundus mutilus finitur in his cap. XXI. verbis: „*imprudentes legis cum exiissent vitulum immolaverunt.*“

II. f. 41—79. A. Th. Macrobii Commentariorum in Ciceronis Somnium Scipionis Libri II.

Divisio in libros et capita in codice nulla; ad calcem libri quem editiones secundum numerant, subscriptio: „*Macrobii Ambrosii Theodosii* „*liber primus explicit.*“

Codex pertinuit olim ad conventum Cremsensem ordinis praedicatorum in inferiori Austria, quod e notula quam manus saec. XIV. fol. 41. adscripsit, colligitur: „*Iste liber commentum videlicet super* „*sompnium scipionis est conventus cremensis fratrum ordinis* „*predicatorum in austria, et est accomodatus fratri Johanni Sna-* „*bel conventus nurmbergensis ad usum incertum, per priorem reve-* „*rendum fratrem conradum Wurm ejusdem conventus in cremsa.*“

XXIX.

193. / φ. 175. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. literis initialibus pictis, foliorum 77, in quarto.*

I. f. 1—40. M. T. Ciceronis de Inventione Libri II.

II. f. 40 v.—47. Rhetoricorum ad Herennium Libri IV.

Subscriptio: „*Finito christus rex libro sit benedictus. Explicit liber* „*rethorice, vel rethoricarum tullii liber explicit.*“

In fronte codicis haec leguntur: „*Illustrissimo Principi Domino Othoni* „*Henrico Duci Brunsvicensi et Luneburgensi et cet. Bona-* „*ventura Vulcanius Flander perpetuae suae observantiae* μνημόσυνον „*D. D. Basileae Anno dñi. 1576. XV. Octobris.*“

Ad nos ex arce Ambras (No. 444.) est translatus.

XXX.

210. / U. 396. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 124, in quarto.*

I. f. 1—34. M. T. Ciceronis de Inventione Libri II.

Inscriptio: „*Martii Tullii Ciceronis de inventione liber primus* „*rethoricorum incipit.*“ Subscriptio: „*M. Tull. C. rethoricorum liber se-* „*cundus explicit.*“

II. f. 33—64. Rhetoricorum ad Herennium Libri IV.

Inscriptio: „*M. Tull. Ciceronis rethoricorum liber primus ad he-* „*rennium incipit.*“

III. f. 67—124. M. Fabii Victorini Expositio in Ciceronis de Inventione libros II.

Pertinuit olim ad Ioannem Alexandrum Brassicanum, deinde Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis munificentia bibliothecae universitatis accessit.

XXXI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 191, in quarto. 157. / φ. 149.

I. f. 1—78. r. M. T. Ciceronis de Inventione Libri II.

Inscriptio: »*M. T. Ciceronis rethoricorum liber I. incipit.*« Subscriptio: »*Explicit liber secundus.*«

II. f. 78. v.—156. Rhetoricorum ad Herennium Libri IV.

Inscriptio: »*Incipit liber primus secunde rethorice ad herennium.*«

III. f. 157—158. Carmen leoninum de figuris rhetoricis.

Incipit: »*Versificaturo quedam tibi tradere curo,*
»*Scemata verborum studio celebrata priorum,*
»*Que sunt in prosa non minimum quoque speciosa,*
»*Si potes his veluti gemmis aut floribus uti.*«

IV. f. 159—180. M. T. Ciceronis Partitiones oratoriae.

Inscriptio: »*Incipit liber de institutione oratoria ad filium.*«

V. f. 180 v.—191. A. M. T. S. Boethii Topicorum Liber IV. *Opp. edit. Basil. 1546, p. 880. ss.*

Inscriptio: »*Incipit topicorum liber quartus.*« Subscriptio: »*Finiunt topice differentie.*«

In fine codicis haec legitur nota: »*Ego philippus podacatharus cyprius mihi hec rhetorica emi a domino thoma de urbino iuris civilis scolari, presente domino thoma romano de cypro, die primo febr. 1452.*«

Pertinuit deinde ad Ioannem Sambucum.

XXXII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 88, in quarto. 276. / φ. 386.

I. f. 1—52. M. T. Ciceronis de Inventione Libri II.

II. f. 53—88. Rhetoricorum ad Herennium Libri IV.

XXXIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 135, in quarto. 227. / φ. 206.

I. f. 1—107. Rhetoricorum ad Herennium Libri IV.

Inscriptio: »*M. T. Ciceronis rethoricorum libri primi principium ad* »*Herennium, lege feliciter.*«

II. f. 108—135. M. T. Ciceronis Partitiones oratoriae.

Inscriptio: „*M. T. Ciceronis compendiosus dialogus de oratore incipit.*“

Pertinuit olim ad quendam Alexandrum Tartagni.

XXXIV.

191. / U. 397. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 158, in quarto.*

I. f. 1—69. M. T. Ciceronis de Inventione Libri II.

Inscriptio: „*M. T. Ciceronis rethoricorum de inventione liber primus* „*incipit.*“ Subscriptio: „*M. T. C. rethorice inventionis liber explicit.*“

II. f. 71—136. Rhetoricorum ad Herennium Libri IV.

Inscriptio: „*M. T. C. ad Herennium C. Rhetoricę liber primus incipit.*“ Subscriptio: „*M. T. C. ad C. Herennium rethoricę liber ultimus explicit die 26. Octobris 1429. Deo sint gratiae.*“

III. f. 136 v.—158. M. T. Cicero de Oratore ad Quintum fratrem.

Inscriptio: „*M. T. C. ad Q. fratrem de officiis et institutione oratoris* „*liber primus incipit.*“

Iste codex olim pertinuit ad Ioannem Alexandrum Brassicanum, estque ex eorum numero quibus Ioannes Faber episcopus Vindobonensis bibliothecam universitatis ditavit.

XXXV.

3117. / U. 976. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 299, in folio.*

I. f. 1—55. M. T. Ciceronis de Inventione Libri II.

Subscriptio: „*Actum Wyenne per Gregory de Laybaco manus,* „*anno domini 1469.*“

II. f. 56—111. Rhetoricorum ad Herennium Libri IV.

Inscriptio: „*M. T. C. nove rethorice liber primus ad gayum herennium* „*incipit feliciter.*“ Subscriptio: 1469.

III. f. 112—250. M. Fabii Victorini Expositio in Ciceronis de Inventione libros II.

Subscriptio: 1469.

IV. f. 252—282. Incerti Expositio in libros IV. Rhetoricorum ad Herennium.

Initium: „*Etsi in familiaribus negotiis. Cum* T u l l i u s *de 4 partibus* „*rethorice se tractaturum promiserat, inventione prima parte exposita, ut* „*et alias exponat lex adiunctorum exigit, forsitan in aliis libris quod pro-* „*miserat perfecit de aliis quatuor, vel quia contigit* h e r e n n i u m *amicum* „*suum ut perfectam rethoricam ei scriberet.*" *etc.* In fine: 1496.

V. f. 282 — 283. Oratio Constantinopolitanorum ad Fridericum III. imperatorem de auxilio adversus Turcas ferendo.

Incipit: „*Evocati ad te* F r i d e r i c e I m p e r a t o r *publice salutis gratia* „*venire nec ut pertinaces recusamus, nec distulimus ut negligentes, quo-* „*rum alterum non erat modestie in te nostre, alterum impendentis* „*discriminis prohibebat vicinitas.*"

VI. f. 283 — 191. Bonacursii de Monte Magno disputatio inter Scipionem et Flaminium de nobilitate, ad Guidantonium Montisferrati comitem.

Initium: „*D.* B o r n a t u s y *(sic) de* m o n t e m a g n o *ad illustrem prin-* „*cipem* G u i d a n t o n i u m m o n t i s f e r e t i c o m i t e m *super nobilitate* „*disputacio. Apud majores nostros sepenumero de nobilitate disputatum* „*est. Multi quidem in felicitate generis, nonnulli in affluentia divitiarum,* „*plerique vero in gloria virtutis illam esse arbitrati sunt. Que res quum* „*mihi pulcerrima videbatur et disputatione dignissima, et eam nondum abso-* „*lute peroratam inveniamus, mecum ipse statui mandare litteris et in hoc* „*opulentissimum declamandi genus conieci, in quo maxime veterum etas* „*delectabatur, ubi quevis contentio causarum accomodari potest.*" *etc.* Editae sunt hae declamationes a X y s t o B e t u l e i o, eius dramati cui titulus: „*Vera nobilitas*" *A. V. apud Th. Ulhardum 1540. 8o.* intertextae, ubi tamen auctor perperam B o n a g a r s u s dicitur.

VII. f. 191. v. — 299. M. T. Ciceronis Oratio pro Lege Manilia.

Ad calcem: „*M.* B r u t i i *de* C i l i a."

XXXVI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 81, in quarto. 3205. / φ. 213.

I. f. 1 — 60. Rhetoricorum ad Herennium Libri IV.

Inscriptio: „*M. T. C. ad G. Herennium Rethoricorum novorum Liber* „*primus incipit.*" Subscriptio: „*Explicit rethorica noua Tulij Marci Cice-* „*ronis. anno 1468.*"

II. f. 61 — 81. Aeneae Sylvii de duobus amantibus Euryalo et Lucretia Opusculum.

XXXVII.

3206. / U. 402. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 93, in quarto.*

M. Philippi de Regio Glossae in IV. libros Rhetoricorum ad Herennium.

Initium: „*Etsi negotiis. Antequam veniamus ad tractatum dicenda est „quaedam opinio imperitorum qui dicebant rethoricam non esse artem, et „si artem, malam artem, quia antequam inveniretur ars orationes jam multe „exstabant, deinde si est ars mala est, quia docet malum, scilicet ad ac- „cusandum et defendendum.*" *etc.* Subscriptio: „*Glose super quarto libro „rethoricorum et ultimo nouorum marci tulii breviter colecte per venera- „bilem et generosum virum dominum philippum de regio in arte „oratoria eximium professorem. Conpleui die 28. Junii in jejunio ego „Julianus de peregrinis de zilio verone 1458. amen.*" Alia manus coaeva subiecit: „*Valet unum ducatum.*"

XXXVIII.

3238. / U. 395. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 116, in quarto.*

I. f. 1—115. v. Bartholomaei Bononiensis Commentum in IV. libros Rhetoricorum ad Herennium.

Incipit: „*Felix qui potuit boni rerum cognoscere causas. Virgilius „2do georgicorum. VI. ergo felicitate et hujus libri successibus gaudeamus, „tria nostris sensibus apponuntur, scilicet que et quot sunt causae, 2do „quis sit libri titulus, 3o cui parti philosophie supponatur.*" Subscriptio: „*Deo gratias. Amen. M. cccc. Lvi. die XX. nouembris, hora XXIII. die „sabatina. Explicit dictum Marcii Tulii Ciceronis super arte noua conpi- „latum sub excellentissimo et famoso doctore Magistro Bartholomeo „bononiensi a rethorica in Saona.*"

„*Jam si queratur co. scriptor bus. nominatur.*"

II. f. 115. v.—116. v. St. Augustini Hipponensis episcopi Sermo CIV. in Luc. 10. *Opp. edit. Maurin. tom. V. col. 539. ss.*

Inscriptio: „*Omelia sci Augustini super Luc. 10. cap.*"

XXXIX.

3093. / φ. 61. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 69, in folio.*

I. f. 1—38. M. T. Ciceronis Brutus, sive de claris Oratoribus.

II. f. 39—67. M. T. Ciceronis Orator ad M. Brutum.

III. f. 67. v.—69. M. T. Cicero de optimo genere Oratorum.

XL.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 117, in folio. 3090. / U. 978.

I. f. 1—133. M. T. Ciceronis de Oratore ad Quintum fratrem Libri III.

II. f. 133. v.—170. M. T. Ciceronis Orator ad M. Brutum.

Subscriptio: „*Marchus Tulius Cicero orator explicit. 1446, 6ª februarii.*"

III. f. 171—177. M. T. Ciceronis Brutus, sive de claris Oratoribus.

Abrumpitur in cap. XV. verbis: „*Fuit bello punico secundo, questor.*"

XLI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 26, in quarto. 3203. / φ. 246.

M. T. Ciceronis de Partitione oratoria Dialogus.

Libellus ex arce Ambras (No. 445.) ad nos translatus.

XLII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 159, in folio. 78. / ♀. 66.

M. T. Ciceronis Epistolarum ad diversos Libri XVI.

Libri V. ep. 20. VII. 23. 24. 25. et Lib. VIII. integer a librario suo loco praetermissa, in calcem reiecta sunt. Singulis epistolis argumenta tc larga glossarum copia in margine est adscripta, manu tremula. Harum non indoctum auctorem sequens prodit fol. 150. ad calcem libri XVI. subscriptio: „*Et sic est finis harum epistolarum excellentissimi et immortalis viri M. T. Ciceronis, que in numero sunt quatercente viginti sex, et habeo plus duas*" (nempe I. 9. et IV. 13. in duas divisis) „*que ab aliis non habentur; quas vidi, legi et relegi, ut cum principibus intrepide loquar. Emi hunc librum epistolarum ego Jo. Gasp. de Sala ab haerede prestantissimi*

„*ac doctissimi viri domini* Vallerii *de* Sancto Venantio, *gloriosi* „*Sancti Antonii Commendatoris benemeriti, pro ducatis quinque, quem deus* „*custodiat a manibus impiorum, cum uno* Juvenali *et* Persio *in simili* „*carta et ligatura.*" (Vid. infr. Cod. 93.) „*Timentibus deum omnia coo-* „*perantur in bonum, et non mireris si iste epistole videntur aliqualiter* „*sparse, quia recollecte fuerunt primum ab uno non nimis perito, bono* „*tamen et aliqualiter intelligente, demum a variis oratoribus et stampato-* „*ribus fuerunt ordinate et alique superadite, forte non* Ciceronis *sed* „*alterius auctoris: sit quid vellit, ut puto nulle deffitiunt, ut est ipsa ve-* „*ritas, ymo alique supersunt ultra numerum aliorum librorum, quas ac-* „*curate attende et que legis semper peregrina memento, ut pulchre dixit* „*gloriosus* Jeronymus *in 2do prologo proverbiorum in fine, et* Inno- „centius *in prohemio operis sui dixit, quod tales, qui legunt et memo-* „*riter non mandant, similes sunt hiis, qui vadunt ad fontes aurire aquas et* „*vacuis vasis revertuntur, que verba fuerint* Jeremie prophete *XIIII°* „*capite.*" Post hanc hypographen sequitur ab eadem manu: „*Testamentum* „*mei* Jo. Gasparis de Sala, *Comitis ac Juris U. doctoris, sub die XV.* „*Augusti 1490. in die gloriose Virginis* Marie *omnium protectricis.*" e quo paucs, quae ad scriptoris conditionem cognoscendam faciunt, hic delibamus: „*Filii . . . . indico etiam et vobis rememoro me nunquam in* „*totum recepisse dotem prudentissime ac sapientissime matris vestre* Ma- „dalenę, *ab* Angelo de Serpe *avo vestro et patre ipius* Madalenę, „*que fuit ducatorum quingentorum auri, et cyrographum eius apud me ha-* „*beo. Et ideo perquirite me premoriente illam ab eo recipere, et ei instru-* „*mentum dotis facere, et restituatis ei cyrographum suum, et non mire-* „*mini si tantum dillatavi, cum hoc actum fuerit svasione et precibus ma-* „*tris vestrę* Madalenę, *et etiam aliquali ejus patris incommoditate ac-* „*cedente. Ceterum creditores vobis non rellinquo, sed bene debitores,* „*quorum cyrographa penes me habeo. . . . . Cellebrari faciatis unum an-* „*niversarium in* Sancto Francischo *pro animabus defunctorum no-* „*strorum et maxime bone memorie avi vestri et doctoris excellentissimi* „Comitis et Juris utriusque Bornii de Sala, *qui defunctus* „*fuit die 13. Augusti 1469. . . . . Fratres sancti Francischi sunt obligati* „*singulo anno illud celebrare, propter benemerita a nostris antecessoribus* „*eis collata, tamen bonum est eis aliquam facere elymosinam, ut libentius* „*faciant. . . . . Benedictio domini nostri . . . benedicat vos* Bornium, „Antonium, Franciscum, Mariam, Ghilbertum, Lianoram „*et* Camillam, *omnes filios meos dilectissimos et familiam vestram us-* „*que in terciam et quartam generacionem.*" . . . . „*Et hoc potius testa-* „*mentum manibus propriis scribere volui Ego* Joh. Ga. *predictus, quam* „*per manus aliquorum, ut ita dicam, et ut honeste loquar notariorum per-* „*transire, ultra expensas excessivas circa eos occurentes, in grave dam-* „*num et prejuditium heredum et filiorum meorum.*"

Praeterea idem **Io. Gasp. de Sala** plures epistolas a se scriptas in nonnulla vacua folia in fronte et ad calcem codicis retulit, quarum haec est summa.

I. *„Johannes Ga. Sala . . : filiis suis Bornio, Antonio, F. M. et Ghisberto."* Hortatur ad obedientiam erga reipublicae magistratus. *„Dat. „Bononiae XXVII. Novemb. 1488. tempore Antianatus mei et conjura„tionis facte contra magnificum dominum Johannem Bentivolum, „que penitus deo favente detecta exstitit." etc.* Subiungit notam sequentem: *„Non debet aliquis presenti felicitati confisus superbire, quod ducat exer„citum et gentes, aut regna subegerit. Presens quidem fortune mutatio in „comite Aloisio de Verme exemplum nobis aute oculos ponit com„munis imbecillitatis humane, 1448. die XIIII. Augusti, que est vigilia glo„riose virginis Marie, ita ut dici possit in futurum res nova et nostris non „audita tranquillitate temporibus."*

II. *„Jo. Gasp. magnifico Militi et Juris Pontificii Doctori excellentissimo do. „Jo. de Sala consobr. hon. Bononiae, 25. Decembr. 1489."* Narrat capitale supplicium de quodam viro sumptum.

III. *„Jo. Gasp. ad magnificum Equestris ordinis dominum Antonium Mar„cellum Venettum, inclite urbis Verone pretorem dignissimum."* Mittit ei librum a **Bornio** patre suo de peste editum.

IV. *„Ad eundem."* Iterum mittit, nescio quem librum.

V. *„Johannes Gasp. dilectissime prime consorti sue Ellene. Fermie, „Kal. oct. 1472."* Significat se cum fratre eius Hannibale et aliis amicis ad locum Columbariae perendie venturum. Subicitur nota sequens: *„Hec pu„dica honestissima consors mea Ellena ob partum Bornii, eius et mei „Jo. Ga. filii diem clausit extremum. XXII. Maii 1474."*

VI. *„Jo. Gasp. modestissimę consorti suę secundę Madalenę."* Solatur eam de obitu filiolae suae **Helenae**, ex peste exstinctae. Subdit notam: *„Ista prudens et sapiens uxor mea Madalena truculenti peste consum„mente viam universe carnis ingressa."*

VII. *„Dilectissimo tamquam fratri suo domino Acchilli Precacino."* Gratias agit de cura filiis suis tempore grassantis pestis impensa.

VIII. *„Spectabili tamquam fratri et affini suo J. Civil. doctori Bonifacio F."* Condolet de obitu uxoris.

IX. *Reverendo Patri et sacre Theologie doctori dignissimo M. Antonio P."*

X. *„Ad librum suum epistolarem Ciceronis."*

XI. *„De contemptu mortis."* In fine huius epistolae picta est imago Deiparae quam **Io. Gasp. Sala** purpurea vestitus toga flexis genibus veneratur, adscriptis illis **Dantes** *(cant. ult. st. 5.)* versibus: *„Donna sei tanto grande „e tanto vali." etc.*

Codex olim ad **Ioannem Sambucum** pertinuit.

XLIII.

136. / φ. 139. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, foliorum 166, in folio minore.*

M. T. Ciceronis Epistolarum ad diversos Libri XVI.

Desunt extremae duae Libri XVI. epistolae et 25. pars, quae desinit in verbis: „*et de sua in me voluntate.*"

XLIV.

161. / H. f. 23. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 156, in quarto.*

M. T. Ciceronis Epistolarum ad diversos Libri XVI.

Pertinuit olim ad Dionysium Lambinum, qui in fronte et ad calcem nomen suum adscripsit. Nobis accessit cum libris Hohendorfianis.

XLV.

230. / φ. 207. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 122, in quarto.*

M. T. Ciceronis Epistolarum ad diversos Libri XVI.

In XV libros epistolae in hoc codice sunt distributae. *Libri I. ep. 2. et 3.* in unam sunt conflatae, *Lib. II. ep. 2.* in duas est divisa, *Lib. III. ep. 3. et 4.* in unam coniunctae, *Lib. VII. ep. 23. 25. et 26.* desunt, aerumque loco ponuntur *Lib. IX. ep. 1. 2. 3., Lib. VIII.* complectitur epistolas noni, a nona incipiendo, *Lib. IX.* habet epistolas decimi, *X.* undecimi, *XI.* duodecimi 1.—*74., XII.* reliquas duodecimi, *XIII.* omnes decimitretii et decimiquarti, *XIV.* eas decimiquinti, et *XV.* decimisexti.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

XLVI.

3136. / U. 977. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 184, in folio.*

M. T. Ciceronis Epistolarum ad diversos Libri XVI.

Initio deest unum folium, orditur nunc codex ab his Lib. I. ep. II. §. 2. verbis: „*locutus ut mihi viderer animum.*" *etc.*

Liber est ex eorum numero quos Ioannes Faber episcopus Vindobonensis bibliothecae universitatis anno 1540. dedit.

XLVII.

94. / φ. 92. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 280, in folio.*

I. f. 1—15. M. T. Ciceronis Epistolae ad M. Brutum et M. Bruti ad Ciceronem.

Subscriptio: „*Ad Brutum epistolarum liber secundus explicit.*"

II. f. 15—51. M. T. Ciceronis Epistolarum ad Quintum fratrem Libri III.

Inscriptio: „*Incipit ad Q. epistolarum liber tertius.*"

III. f. 51—280. M. T. Ciceronis Epistolarum ad Atticum Libri XVI.

Inscriptio: „*M. Tullii Ciceronis Epistolarum ad Atticum libri XVI in-* „*cipiunt.*"

Folio primo quidam possessorum codicis nomen suum adpinxit: „*Joannis* "*Muslitsch nobilis.*"

XLVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 54, in quarto. 280. / R. 292.

M. T. Ciceronis Epistolae ad diversos L, a Guarino Veronensi selectae.

Inscriptio: „*M. Tullii Ciceronis viri ornatissimi feliciter incipiunt sub-* „*latę ex volumine epistolarum maiori per guarinum veronensem* „*artis grammaticę ac rhetoricę professorem.*"

Insunt autem sequentes epistolae: Lib. II. ep. 1. 2. 4. 6. 11. 14. 19. Lib. IV. ep. 5. 7. 9.—14. Lib. V. ep. 5. 9. 11.—13. 15. 17. 19. Lib. IX. ep. 1. 9. 11. 14. 18. Lib. X. ep. 3. 6. 10. 11. 13. 19. 24. Lib. XI. ep. 4. 5. 8. 11. 17. 25. 26. Lib. XII. ep. 1. 3. 16. Lib. XIII. ep. 16. 20. 31.

XLIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 44, in quarto. 265.* / φ. 332.

M. T. Ciceronis Officiorum Libri III.

Inscriptiones vel subscriptiones omnino nullae. Libro II. et III. argumenta praemittuntur. Argumentum libri II. incipit: „*In hoc prologo loquitur con-* „*tra eos qui studium suum imponebant inertie.*" *etc.* Argumentum libri III. incipit: „*In hoc prologo loquitur contra aemulos suos.*" *etc.*

L.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 65, in octavo. 315. / U. 654.

M. T. Ciceronis Officiorum Libri III.

Inscriptio: „*Marci Tullii Ciceronis liber I. de officiis incipit.*"

LI.

236. / S. 8. i. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 76, in quarto.*

M. T. Ciceronis Officiorum Libri III.

Inscriptio: „*M. T. Ciceronis officiorum liber primus incipit.*" Subscriptio:
„*Excellunt cunctos hi libros philosophorum*"
„*Libros quos fecit tres Tullius officiorum*"
„*Augustinus ut aiunt.*"

Thecae adscriptum est: „*Liber iste Ciceronis de officiis est mei Anselmi de Coredana legum scolaris.*"

Pertinuit olim ad bibliothecam episcopalem Tridentinam. Vid. *Monument. Trident. tom. III. p. 386.*

LII.

192. / φ. 176. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 74, in quarto.*

M. T. Ciceronis Officiorum Libri III.

Ad calcem talis habetur subscriptio: „*Tullius de officiis Bartholomei notarii de Rambaldo, qui eum propria manu scripsit et complevit die dominico septimo mensis Julii M. CCCC. LIIII.*"

LIII.

3115. / U. 658. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 106, in folio.*

I. f. 1—71. M. T. Ciceronis Officiorum Libri III.

Subscriptio: „*Marci Tuly Ciceronis liber de officiis explicit.*"

II. f. 71—72. XII Poetarum scholasticorum in tumulum Ciceronis Epigrammata. *Burm. Antholog. lat. Lib. II. ep. 58—59.*

III. f. 72—104. M. T. Ciceronis Laelius sive de Amicitia.

IV. f. 104—106. M. T. Ciceronis Cato maior sive de Senectute.

Subscriptio: „*Explicit liber Tuly de senectute. Deo gratias.*"

LIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 127, in folio. 42. / φ. 12.

I. f. 1—49. r. M. T. Ciceronis de Officiis Libri III.

Subscriptio: „*Marci Tullii Ciceronis de officiis liber tertius explicit.*"

II. f. 49. r.—50. r. XII Poetarum scholasticorum in tumulum Ciceronis Epigrammata. *Burm. Antholog. lat. Lib. II. ep. 158—169.*

Inscriptio: „*Sequuntur versus duodecim sapientum scilicet Basilii, As„meni, Boniani, Euforbi, Iuliani, Hilasi, Paladii, Aschematis, Eustemi, „Pompeliani, Maximini et Vitalis positi in epitafio Marci Tullii Ciceronis.*" I. Basilii. (Euphorbi apud *Burm. l. c. n. 158.*) II. Asmeni. (Iuliani *Burm. n. 159.*) III. Boniani. (Hilasii *Burm. n. 160.*) IV. Euforbi. (Palladii *Burm. n. 161.*) V. Iuliani. (Asclepiadii *Burm. n. 162.*) VI. Hylasii. (Eusthenii *Burm. n. 163.*) VII. Paladii. (Pompeiani *Burm. n. 164.*) VIII. Aschemadis. (Maximiani *Burm. n. 165.*) IX. Eustemi. (Vitalis *Burm. n. 166.*) X. Pompeliani. (Vomani *Burm. n. 167.*) XI. Maximini. (Asmeni *Burm. n. 168.*) XII. Vitalis. (Basilii *Burm. n. 169.*)

Sequitur anepigraphum Epigramma in Ciceronis libros Officiorum, versuum sex, cuius est initium: „*Tullius hesperios cupiens com„ponere mores*" *etc.* „*Item Augustinus ut fertur:*"

„*Excellunt cunctos hii libri philosophorum.*" *etc.* Vid. supra Cod. 51.

III. f. 11. r.—62. r. M. T. Ciceronis Cato Maior sive de Senectute.

Inscriptio: „*Incipit Tullius de senectute.*" Subscriptio: „*Explicit de „senectute Tullius.*"

IV. f. 62. r.—75. v. M. T. Ciceronis Laelius sive de Amicitia.

Inscriptio: „*Incipit Tullius de amicicia.*" Subscriptio: „*Deo gratias. „Marci tulii ciceronis de amicicia liber finitur.*"

V. f. 75. v.—94. r. M. T. Ciceronis Invectivarum in Catilinam Libri IV.

Inscriptio: „*Invectivarum Ciceronis in Catilinam liber primus.*" Subscriptio: „*Hic explicit Catilinarius Tullii.*"

VI. f. 95. r.—112. r. Pseudo Ciceronis Liber de Synonymis ad L. Victurium.

Incipit: „*Cicero lucio vecurio suo salutem.*" Subscriptio: „*Marchi Tu-*

„*lii Ciceronis synonyma feliciter expliciunt.*" Cfr. Fabricii *Biblioth. lat.* ed. Ernesti. *I. 214.*

VII. f. 113. r.—114. r. Pseudo-Senecae Liber de Proverbiis.

Inscriptio: „*Incipit de proverbiis senece.*"

VIII. f. 114. r.—117. r. Pseudo-Senecae Liber de Remediis Fortuitorum ad Gallionem.

Inscriptio: *Incipit liber de accidentibus, alias de remediis fortuitorum.*" Subscriptio: „*Seneca de remediis fortuitorum ad gallionensem finit* „*feliciter.*"

IX. f. 117. v.—119. v. Pseudo-Senecae Liber de Moribus.

Subscriptio: „*Explicit liber Senece de moribus.*"

X. f. 119. v.—123. v. Pseudo-Senecae Liber de Clementia, Magnanimitate et Paupertate.

Inscriptio: „*Incipit liber ejusdem de clementia ad Neronem.*"

XI. f. 123. v.—126. v. Martini Dumiensis s. Braccarensis Libellus de quatuor Virtutibus cardinalibus, qui vulgo Senecae inscribitur.

Inscriptio: „*Incipit liber de quatuor virtutibus.*" Subscriptio: „*Senece* „*formula vite explicit.*" Exstat in *Biblioth. P. P. Lugd. tom. X. p. 382. ss.* Cfr. Fabric. *Biblioth. lat. ed.* Ernest. *II. 119.*

XII. f. 127. a man. rec. »Epitaphium Scipionis Africani superioris.«

Incipit: „*O culmen firmum patriae et spes alta labantis.*" *etc.*

»Epitaphium Scipionis Africani posterioris.«

Incipit: „*Altera lux patriae nitet haec lux altera Romae.*" *etc.*
Prius epitaphium viginti, posterius duodeviginti versibus absolvitur.
Codex olim ad Ioannem Sambucum pertinuit.

LV.

189.
φ. 208.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi X., initio et fine mutilus, nunc foliorum 128, in quarto.

I. f. 1—40. M. T. Ciceronis de Natura Deorum Lib. II. et III.

Liber secundus, capite truncatus, incipit ab his cap. XXXVI. verbis: „*terris, rebusque terrestribus sed ita possunt, ut si mota loco sint con*„*flagrare terras necesse sit a tantis ardoribus.*" Subscriptio in fine libri III.: „*M. Tullii Ciceronis de deorum natura liber tertius explicit feliciter feliciter.*"

II. f. 40. v. — 82. M. T. Ciceronis de Divinatione Libri II.

Nulla in libros divisio, sed inscriptio: „*Incipit de divinatione liber se-„cundus ejusdem.*" Subscriptio: „*M. Tullii Ciceronis de divinatione liber II. „explicit.*"

III. f. 82. v. — 89. M. T. Ciceronis e Platone Timaeus, sive de Universo.

Inscriptio: „*Incipit Timaeus feliciter.*" Abrumpitur in his verbis: „*ad „numerum machinatae sunt, et spatium temporis*" vetusta manu adnotante: „*hic deficiunt quatuor linee secundum exemplar.*"

IV. f. 90 — 98. M. T. Ciceronis de Fato Liber.

Inscriptio et subscriptio nulla.

V. f. 99 — 106. M. T. Ciceronis Paradoxa ad Brutum.

Inscriptio: „*M. Tullii Ciceronis Paradoxa Stoicorum incipit feliciter.*" Subscriptio: „*M. Tulli Ciceronis Paradoxa Stoicorum explicit feliciter.*"

VI. f. 106. v. — 128. M. T. Ciceronis Academicarum Quaestionum Liber IV.

Inscriptio: „*Incipit Lucullus.*" Abrumpitur in his cap. XXXII. verbis: „*ubicumque haec aut occurrat aut deficiat, aut etiam aut non.*"

Codicem Th. Pulmannus anno 1563 Ioanni Sambuco dono dedit, ut apparet e nota fol. 1. ipsius Pulmanni manu adscripta: „*Joanni „Sambuco Theodorus Pulmannus amicitiae ergo D. D. III. Cal. „Jan. Anno M. D. LXIII.*"

LVI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 227, in folio. 124. / φ. 98.

I. f. 1 — 30. M. T. Ciceronis de Natura Deorum Libri IV.

Inscriptio: „*Marci Tullii Ciceronis de natura deorum liber primus in-„cipit.*" Subscriptio: „*Explicit liber de natura deorum M. T. C.*"

II. f. 30 — 53. M. T. Ciceronis de Divinatione Libri II.

Inscriptio: „*M. T. Ciceronis de divinatione liber I. incipit.*" Subscriptio: „*Explicit liber M. T. C. de divinatione.*"

III. f. 53 — 55. v. M. T. Ciceronis e Platone Timaeus, sive de Universo.

Inscribitur perperam: „*M. T. Ciceronis liber de fato.*

IV. f. 55. v. — 60. v. M. T. Ciceronis de Fato Liber.

Continuo adhaeret libro praecedenti. Subscriptio: *„M. T. Ciceronis liber „de fato explicit."*

V. f. 61—91. v. M. T. Ciceronis Officiorum Libri IV.

Inscriptio: *„M. T. Ciceronis liber primus de officiis incipit."*

VI. f. 92—135. M. T. Ciceronis Tusculanarum Quaestionum Libri V.

Inscriptio: *„M. T. C. de quescionibus tusculanis liber incipit ad Bru„tum."* Subscriptio: *„Explicit de quescionibus Tusculanis M. T. Ciceronis."*

VII. f. 135. XII Poetarum scholasticorum in tumulum Ciceronis epigrammata. *Burm. Antholog. lat. Lib. II. ep. 158—169.*

Inscriptio: *„Incipiunt epitaphia Ciceronis edita a duodecim sapientibus, „Basilio, Asmeno, Vomanio, Euforbio, Juliano, Hilasio, Paladio, Ascle„piadeo, Eustemo, Pompeliano, Maximino, Vitale."*

VIII. f. 135. Fragmentum e Ciceronis Libro III. de Republica a Lactantio institut. div. Lib. VI. cap. 8. servatum.

Inscriptio: *„Ista legis descriptio est Tullii in libro de republica, secun„dum quod ego inveni in quodam antiquo codice tullianorum multorum."*

IX. f. 135. v.—136. v. M. T. Ciceronis Somnium Scipionis.

Manus multo recentior in fine adscripsit partem epistolae ad Curionem, *Epist. ad divers. Lib. II. ep. 2.*

X. f. 138—165. Alberti Magni de Meteoris Libri IV. *Opp. omn. edit. Lugd. 1651. tom. II. part. 4. p. 1. ss.*

Inscriptio: *„Incipit liber methaurorum fratris Alberti, ordinis praedi„catorum."* Textus multo contractior ac in editionibus, ita ut epitomen dicere possis.

XI. f. 165—200. Alberti Magni de Mineralibus Libri V. *Opp. ed. cit. tom. II. part. 4. p. 210.*

Inscriptio: *„Incipit liber primus mineralium fratris Alberti qui est de „lapidibus." etc.* Subscriptio: *„Explicit liber mineralium a fratre Alberto „editus."*

XII. f. 201—203. v. M. T. Ciceronis Oratio pro M. Marcello.

XIII. f. 203. v.—207. M. T. Ciceronis Oratio pro Q. Ligario.

XIV. f. 207—211. M. T. Ciceronis Oratio pro Deiotaro rege.

XV. f. 211—212. Salustii in Ciceronem Invectiva.

XVI. f. 212—214. Ciceronis in Salustium Responsio.

XVII. f. 214—227. **M. T. Ciceronis Orationes in Catilinam IV.**

Ultima oratio mutila desinit in his cap. X. verbis: *Pompejus cujus res „gestae atque virtutes.“*

Codex olim ad Ioannem Sambucum pertinuit.

LVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 124, in quarto. 801. / R. 273.

I. f. 1—68. M. T. Ciceronis Quaestionum Academicarum Liber II.

II. f. 69—78. M. T. Ciceronis Laelius sive de Amicitia.

Deest in fine unus quinternio, textus abrumpitur in his cap. VIII. verbis: *„in amicitia autem nihil est.“*

III. f. 79—108. M. T. Ciceronis Cato Maior sive de Senectute.

IV. f. 109—124. M. T. Ciceronis Paradoxa Stoicorum ad Brutum.

Subscriptio: *„Marinus tomacellus scripsit amicis eque ac sibi.“*

LVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 41, in quarto. 231. / φ. 209.

I. f. 1—37. M. T. Ciceronis de Finibus bonorum et malorum Libri V.

II. f. 37. v.—41. M. T. Ciceronis Academicarum Quaestionum Liber I.

Inscriptio: *„M. Tullii Ciceronis fragmentum de Achademicis incipit.“*
Subscriptio: *„Nil amplius reperitur, tanta fuit eorum qui nos multis secu„lis anteierunt negligentia atque inscitia, qui sue inertie ut premia digna „ferant Amen.“*

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

LIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 166, in quarto. 222. / φ. 205.

I. f. 1—105. M. T. Ciceronis Quaestionum Tusculanarum Libri V.

Subscriptio: „*Marci Tullii Ciceronis Tusculanarum liber quintus et ul-„timus explicit ad Brutum.*"

II. f. 105. v.—113. M. T. Ciceronis Paradoxa Stoicorum ad Brutum.

Subscriptio: „*M. T. Ciceronis paradoxorum libellus explicit feliciter.*"

III. f. 113—118. M. T. Ciceronis Somnium Scipionis.

Inscriptio: „*Incipit ejusdem liber de somnio Scipionis e sexto libro de „re. p. decerptus foeliciter.*" Subscriptio: *Marci Tullii Ciceronis de somnio „scipionis liber explicit foeliciter anno domini millesimo quadringentesimo „sexagesimo primo die quinto decimo Septembris per me G. P. D. G.*"

Alia saeculi XVI. manus adscripsit: „*Hunc codicem donavit Dñus Pau-„lus de Soncino Conventui divi dominici Cremonae.*"

IV. f. 119—124. M. T. Ciceronis Cato Maior sive de Senectute.

Subscriptio: „*De senio liber Cicerone conditus uber·*
„*Nil juvenum tractat, senium summopere laudat.*"

V. f. 125—148. M. T. Ciceronis Laelius sive de Amicitia.

Subscriptio: „*Vim sub amicitia pertractat opus tullianum,*"
„*Qua sine virtute excolitur nil riteque sanum.*"

VI. f. 149—159. M. T. Ciceronis Paradoxa Stoicorum ad Brutum.

Subscriptio: „*Ciceronis de paradoxis tractatus explicit.*"

VII. f. 159—166. M. T. Ciceronis Oratio pro M. Marcello.

Inscriptio: „*Ciceronis oracio.*" Subscriptio: „*Expletum fuit opus hoc „per me Jacobum de Sc̃o gallo, die ultimo septembris 1449. Et scripsi dictum opus dño Guidoto de Benalis.*"

Codex e binis (*f. 1—118. et f. 119—166.*) consutus, uterque olim fuit Ioannis Sambuci.

LX.

163. / φ. 146. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. in fronte picturis ornatus, foliorum 130, in quarto.*

I. f. 1—87. M. T. Ciceronis de Natura Deorum Libri III.

II. f. 87—130. M. T. Ciceronis de Legibus Libri III.

Fuit quondam Ioannis Sambuci.

LXI.

Codex manuscriptus membranaceus, partim chartaceus saeculi XIII. et XV. foliorum 64, in quarto. 225. / S. 8. h.

I. f. 1—7. Ch. S. XV. M. T. Ciceronis Somnium Scipionis.

Praemittitur argumentum quod in hunc modum incipit: „*Tullius fecit libros de republica, in fine quorum hanc ponit visionem.*" *etc.*

II. f. 9—64. M. S. XIII. Macrobii in Somnium Scipionis Commentariorum Libri II.

Inscriptio: „*Incipit prologus Macrobii in Somnium Scipionis.*"

Fol. 8. r. haec. nota legitur: „*Johannes Matthias Tyberinus* „*emit hunc Macrobium in Vigilia assumptionis domini a Johanne filio* „*Francisci de denne, vasorum vinariorum fabro in urbe Triden-*„*tina; cui dedit aureum unum ungarum 1477. secundo Non. Madii.*"

Pertinuit olim ad bibliothecam episcopalem Tridentinam. Vid. Gentilottum *in Monum. Trident. IV. 886.*

LXII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 76, in quarto. 3211 / U. 894.

I. f. 1—8. M. T. Ciceronis Somnium Scipionis.

II. f. 9—33. M. T. Ciceronis Cato Maior sive de Senectute.

III. f. 38—63. M. T. Ciceronis Laelius sive de Amicitia.

Subscriptio: „*Marci Tulii Ciceronis liber de amicitia foeliciter explicit.* „*Anno 1462. XI Kal. Marcii.*"

IV. f. 64—76. M. T. Ciceronis Paradoxa Stoicorum ad Brutum.

Subscriptio: „*Explicit liber paradoxorum Ciceronis finitus Anno: 1463.* „*in VI nativitatis xp̄i. Laus deo et gloriose virgini Marie. Amen.*"

Pertinuit olim ad Gremperium.

LXIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 73, in quarto. 3187. / ψ. 195.

M. Terentii Varronis de Lingua latina Liber V.—X.

Inscriptio: „*Marci terentii Varonis de Lingua latina, de disciplina ori-*„*ginum verborum ad Ciceronem.*"

In fine unum folium periit, abrumpitur nunc in Lib. X. c. 6. verbis:

„Dicunt enim non habere casus Mox et Vix." Etiam inter fol. 56. et 57. unum folium excidit, quo Lib. IX. c. 27. a verbis: *„quibus homines voca-„bula"* usque ad c. 31. verba: *„non esse similes ex aliis verbis"* continebatur. Fol. 60. his est numeratum. Plura de hoc codice, nuperrime iterum a cl. Leonardo Spengelio excusso, dixit cl. Ottfr. Müller in *Götting. gel. Anzeigen. 1834. p. 1274. ss.*

Olim ad quendam Baldum Martorellum, deinde ad Ioannem Sambucum pertinuit.

LXIV.

33. H. f. 22. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, initio et fine mutilus, constat nunc foliis 199, in folio.*

I. f. 1—29. M. Terentii Varronis de Agricultura Libr. I. cap. 48—69. et Libr. II.

Orditur his Libr. I. cap. 48. verbis: *„proinde ut grani apex sit gluma."* Inter *fol. 4 et 5.* unum folium excidit, ita ut desit Libr. II. praef. v. 6. ad cap. II. v. 3. a verbis: *„crebro pedes quo facilius sumptibus,"* usque ad verba: *„in Italia prolixis, in Syria."*

II. f. 30—199. L. Iunii Moderati Columellae de Re Rustica Libri XIII.

Liber de arboribus est liber III., tertius editionum IV. et sic porro. Textus abrumpitur in his Libr. XIII. (XII) cap. 44. v. 5. verbis: *„tum demum pur-„pureas et bumastos et numisianas et duracinas uvas legi praecipiebat."* Libro XII. (XI) singulorum argumenta subtexuntur.

Observationes quae primis Columellae foliis adscriptae habentur, et in *Catalog. Biblioth. Hohendorf. p. 235.* eruditae dicuntur, nil sunt nisi paucae scripturae depravatissimae emendationes, a manu saeculi XVI.

LXV.

95. H. p. 594. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 182, in folio.*

I. f. 1—86. C. Iulii Caesaris de Bello Gallico Libri VIII.

Inscriptiones nullae praeterquam in fine et initio librorum: *„Explicit primus, incipit secundus."* etc. Libri in capita rubricata divisi sunt.

II. f. 86. v.—137. v. C. Iulii Caesaris de Bello Civili Libri III.

III. f. 137. v.—153. r. Hirtii Pansae de Bello Alexandrino Liber unus.

Subscriptio: *„Explicit liber secundus Alexandrini belli."*

IV. f. 153—173. A. Hirtii Pansae de Bello Africano Liber unus.

Inscriptio: „*Incipit liber III.*" Subscriptio: „*Explicit liber III. alexan-*„*drini belli.*"

V. f. 173—182. Incerti Auctoris de Bello Hispaniensi Liber unus.

Inscriptio: „*Incipit IIII.*" Desinit in his cap. 42. verbis: „*Vos iure* „*gentium civiumque romanorum institutis cognitis more barbarorum populi* „*romani transero*" (sic) „*sanctis romanus semel et sepius retulisset.*"

Folio primo manus saeculi XIV. sequentes adscripsit versiculos:

„*Anno milleno centum ter sex octuageno*"
„*Perimunt nunc ense lucerii, uri, swytz, bi den Walden*"
„*Lumpoldum nobilem cum suis austrie ducem,*"
„*Kiliani crastino, estatis tempore dico,*"
„*Vor sempach oppido, requiem eis semper opto.*"

LXVI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 220, in folio. 34. H. f. 19.

I. f. 1—85. C. Iulii Caesaris de Bello Gallico Libri VII.

Inscriptio libri I.: „*C. Julii Caesaris Belli Gallici Commentarius feliciter.*" In fine libri VII. pauca desunt, desinit codex in his cap. 90. verbis: „*captivorum circiter viginti millia heduis arvernisque.*"

II. f. 87—100. Commentariorum de Bello Gallico Liber VIII. scriptore A. Hirtio Pansa.

Inscriptio: „*A. Hirtii in novissimum commentariorum Belli Gallici* „*Praefatio.*"

III. f. 100. v.—163. C. Iulii Caesaris de Bello Civili Libri III.

IV. f. 163—183. A. Hirtii Pansae de Bello Alexandrino Liber unus.

Inscriptio: „*C. Julii Caesaris Belli Alexandrini Opii aut Hircii com-* „*mentarius quartus feliciter incipit.*"

V. f. 183—208. v. A. Hirtii Pansae de Bello Africano Liber unus.

Inscriptio: „*C. Juliis Caesaris Belli Africi Opii vel Hircii Commentarius* „*quintus feliciter incipit.*"

VI. f. 208. v.—220. Incerti Auctoris de Bello Hispaniensi Liber unus.

Inscriptio: „*C. Julii Caesaris Belli Hispani Opii aut Hircii Commenta-„rius sextus feliciter incipit.*"

In fronte codicis picta sunt Ferdinandi I. Aragonii, Siciliae regis arma.

LXVII.

77. / H. f. 20. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auratis, foliorum 183, in folio.*

I. f. 1—75. C. Iulii Caesaris Commentariorum de Bello Gallico Libri VII.

Inscriptio libri I.: „*Gai Julii Cesaris Belli Galliae Liber primus incipit feliciter.*" Subscriptio: „*Explicit liber VII.*"

II. f. 76—87. Commentariorum de Bello Gallico Liber VIII. scriptore A. Hirtio Pansa.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit liber octavus.*"

III. f. 88—142. C. Iulii Caesaris de Bello Civili Libri III.

Inscriptio libri I.: „*Gai Julii Caesaris civilis belli liber VIII. incipit fe-„liciter.*" Subscriptio: „*Hyrtii Pansae belli civilis Gai Julii Cesaris felici-„ter explicit.*" Reliqui liber inscribuntur: „*incipit secundus*" — „*incipit „tertius*" etc. „*explicit.*"

IV. f. 142—160. A. Hirtii Pansae de Bello Alexandrino Liber unus.

Inscriptio: „*Incipit bellum Alexandrinum.*"

V. f. 160—174. A. Hirtii Pansae de Bello Africano Liber unus.

Inscriptio: „*Incipit bellum affricanum.*"

VI. f. 174—183. Incerti Auctoris de Bello Hispaniensi Liber unus.

Inscriptio: „*Incipit hispaniense bellum.*"

Ad calcem voluminis habes nudum librarii nomen: „*Ja. de Hollandia.*" In fronte picta sunt Burgundiae arma, cruce archiepiscopali superata, quae ad Ioannem de Burgundia Cameracensem archiepiscopum († 1479) referenda esse censeo.

LXVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. litteris initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 109, in folio. 90. E. f. 155.

I. f. 1—64. C. Iulii Caesaris de Bello Civili Libri III.

Inscriptio: „*Julii Caesaris viri clarissimi de bellis civilibus compositus* „*ab ipso liber primus-incipit.*" Praemittuntur *de bello gallico Libri VIII. cap. 51. et 52.* tamquam primi de bellis civilibus initium. Subscriptio: „*de* „*bello civili Julii Caesaris liber tertius explicit.*"

II. f. 64. r.—82. Hirtii Pansae de Bello Alexandrino Liber unus.

Inscriptio: „*Incipit quartus eiusdem.*" Abrumpitur f. 82. v. in his cap. 71. verbis: „*libentius etiam crediturum suis premissis, quam res patere*„*tur*" quibus continuo adhaeret sequens liber, manu coaeva in margine adnotante: „*hic deficiunt aliqua folia.*"

III. f. 82 v.—97. v. Hirtii Pansae de Bello Africano Liber unus.

Incipit initio mutilus his cap. 35. verbis: „*timorem conjecti ex getulis* „*duos*" *etc.* quae continuo ultimis praecedentis libri verbis adhaerent. Subscriptio: „*de bello affricano Julii Cesaris liber explicit.*"

IV. f. 97. v.—109. Incerti Auctoris de Bello Hispaniensi Liber unus.

Inscriptio: „*Incipit hispaniense.*" Desinit in verbis: „*quarum laudibus* „*et virtute.*" Subscriptio: „*Dei gratia scriptus est liber iste . . . . . . hic* „*sunt imperfecta verba cesaris, imperfectum opus, sed non reperitur plus,* „*nam vidi unum antiquissimum librum quem eo modo deficere legi. Deo* „*gratias. Amen.*" . . . . Melior subscriptionis pars, quae ni fallor librarii nomen et exarati codicis annum exprimebat, est erasa, eo procul dubio consilio, ut libro circa XV. saeculi finem scripto, vetustatis pretium conciliaretur.

LXIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 165, in folio 98. H. p. 150.

I. f. 1—75. C. Iulii Caesaris de Bello Gallico Libri VIII.

Inscriptio: „*Cai. Julii. Caesaris. Dictatoris. Belli. gallici. Commentarii.*"

II. f. 75. r.—122. v. C. Iulii Caesaris de Bello Civili Libri III.

Inscriptiones nullae, sed in fine libri I. subscriptio: „*Hirtii viri clarissimi de bello civili C. Julii Caesaris octavus explicit, ejusdem incipit liber decimus foeliciter.*" Similes subscriptiones ad calcem libri II. et III. qui XI. et XII. dicuntur.

III. f. 122. v.—138. r. A. Hirtii Pansae de Bello Alexandrino Liber unus.

Inscriptio: „*Incipit ejusdem liber duodecimus de bello Alexandrino.*" Subscriptio: „*Auli Hirtii viri clarissimi de bello alexandrino et contra Pharnacem C. Julii Caesaris liber XII. explicit.*"

IV. f. 138. r.—156. v. A. Hirtii Pansae de Bello Africano Liber unus.

V. f. 156. v.—165. Incerti Auctoris de Bello Hispaniensi Liber unus.

LXX.

112. / H. p. 511. *Codex manuscriptus membranaceus literis initialibus pictis, foliorum 177, in folio.*

I. f. 1—82. C. Iulii Caesaris de Bello Gallico Libri VIII.

II. f. 82. v.—130. C. Iulii Caesaris de Bello Civili Libri III.

III. f. 130.—146. A. Hirtii Pansae de Bello Alexandrino Liber unus.

IV. f. 146. v.—167. A. Hirtii Pansae de Bello Africano Liber unus.

V. f. 167. v.—177. Incerti Auctoris de Bello Hispaniensi Liber unus.

Inscriptiones et subscriptiones per totum librum nullae, nonnisi in fine voluminis: „*Finis Commentariorum Caesaris.*"

Olim ad Ioannem Sambucum pertinuit.

LXXI.

248. / H. 705. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, foliorum 239, in quarto.*

I. f. 1—109. C. Iulii Caesaris de Bello Gallico Libri VIII.

Inscriptio: „*Cai Julii Caesaris; divi imperatoris maximi, continui consulis et dictatoris perpetui, rerum gestarum in Gallia ab eodem conscriptarum liber primus incipit feliciter.*"

II. f. 109—177. C. Iulii Caesaris de Bello Civili Libri III.

III. f. 177—199. Hirtii Pansae de Bello Alexandrino Liber unus.

IV. f. 199—226. A. Hirtii Pansae de Bello Africano Liber unus.

V. f. 226—239. Incerti Auctoris de Bello Hispaniensi Liber unus.

LXXII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 178, in folio. 3181. H. p. 625.

I. f. 1—81. C. Iulii Caesaris de Bello Gallico Libri VIII.

Inscriptio: „*Commentariorum C. Julii Caesaris de bello gallico liber primus incipit. Julius Celsus Constantinus V. C. emendavit.*" Eadem in singulorum librorum initio inscriptio; octavus inscribitur: „*Commentariorum A. Hircii de bello gallico liber octavus incipit. Julius Celsus Constantinus V. C. emendavit.*"

II. f. 81—131. v. C. Iulii Caesaris de Bello Civili Libri III.

Inscriptio: „*Commentariorum C. Julii Caesaris de Bello civili Pompeiano liber primus incipit. Julius Celsus Constantinus V. C. emendavit.*" Ita et in reliquorum librorum principio.

III. f. 131. v.—149. A. Hirtii Pansae de Bello Alexandrino Liber unus.

Inscriptio: „*Commentariorum A. Hircii de bello alexandrino liber quartus incipit. Julius Celsus Constantinus V. C. emendavit.*"

IV. 149. v.—169. A. Hirtii Pansae de Bello Africano Liber unus.

Inscriptio: „*Commentariorum A. Hircii de bello africano liber quintus incipit. Julius Celsus Constantinus V. C. emendavit.*"

V. f. 169—178. Incerti Auctoris de Bello Hispaniensi Liber unus.

Inscriptio: „*Commentariorum A. Hircii de bello hispanensi liber sextus incipit. Julius Celsus Constantinus V. C. emendavit.*"

Subscriptio in fine voluminis erasa.

De Iulio Celso Caesaris emendatore cfr. Fabric. *Bibl. lat. ed.* Ernest. *I. p. 256.*

LXXIII.

106. / E. f. 21. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 138, in folio.*

C. Iulii Caesaris de Bello Gallico Liber I.—VII.

Inscriptiones et subscriptiones singulorum librorum nullae, in calce codicis: „*C. Julii Caesaris Commentariorum liber ultimus belli gallici explicit.*"

LXXIV.

3089. / Nov. 607. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 165, in folio.*

I. f. 1—89. C. Iulii Caesaris de Bello Gallico Liber I.—VII.

Inscriptio: „*Commentariorum Gai July coesaris de bello gallico a se* „*confecto liber foeliciter incipit primus.*"

II. f. 90—125. v. Plutarchi Apophtegmata ad Traianum, Francisco Philelpho interprete, cum eiusdem praefatione ad Philippum Mariam Visconti.

Opp. Edit. Venet. Vind. Spira 1471. 4to. Cfr. Zeno *dissert. Voss. I. 294.*

III. f. 126—136. Plutarchi Vita Demosthenis, incerto interprete.

IV. f. 136—165. Plutarchi Vita Catonis, Leonardo Iustiniano interprete.

Vid. Zeno *op. cit. I. 50.*

Pertinuit olim ad Ferdinandum Ernestum Comitem a Mollarth.

Nostris Commentariorum Caesaris codicibus usus est C. E. Ch. Schneider Prof. Wratislaw. Vid. *Specimen novae de bellis Julii Caesaris commentariorum recensionis. Wratislawiae 1827. 4to.*

LXXV.

168. / H. p. 650. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 70, in quarto.*

I. f. 1—24. r. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

Inscriptio vel subscriptio nulla.

II. f. 24. v.—70. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Inscriptio nulla, subscriptio erasa et eius loco a manu saeculi XV. sequentes versiculi adscripti:

„*Qui cupit ignotum iugurte noscere lutum*"
„*Tarpega rupis pulsus ad ima ruit.*"
„*Historie scriptor negat astrosius istud,*"
„*Carcere nam nectus sed sic pro crimine fertur.*"

Theca habet fragmenta **Donati minoris** et **Inst. Iust.** III. tit. 8. — 10. saeculi XIV.

LXXVI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 82, in quarto. 284. / U. 230.

I. f. 1—29. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

Inscriptio: „*Incipit Salustius crispus.*" Subscriptio: „*Explicit Liber primus Salustii.*"

II. f. 29. v.—82. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Inscriptio: „*Incipit prologus secundi libri.*"

LXXVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 100, in quarto, lacunosus. 160. / U. 232.

I. f. 1—40. Hildeberti Turonensis Epistolae LXXIX.

Epist. I. = *Opp. edit. Beaug.* I, 1. — II. = III, 22. — III. = II, 12. — IV. = III, 16. — V. = III, 6. — VI. = II, 10. — VII. = II, 2. — VIII. = I, 2. — IX. = II, 4. — X. = III, 11. — XI. — I, 20. — XII. — II, 5. — XIII. = II, 6. — XIV. = II, 48. — XV. = I, 7. — XVI. = I, 9. — XVII. = II, 1. — XVIII. = II, 32. — XIX. = II, 8. — XX. = III, 2. — XXI. = II, 9. — XXII. = II, 13. — XXIII. = II, 50. — XXIV. = III, 7. — XXV. = I, 3. — XXVI. = III, 8. — XXVII. = III, 23. — XXVIII. = III, 10. — XXIX. = III, 5. — XXX. = II, 53. — XXXI. = I, 10. — XXXII. = III, 13. — XXXIII. = I, 16. — XXXIV. = II, 20. — XXXV. = III, 18. — XXXVI. = II, 33. — XXXVII. = III, 4. — XXXVIII. = III, 17. — XXXIX. = III. 14. — XL. = II, 24. — XLI. = II, 14. — XLII. = II, 3. — XLIII. = I, 21. — XLIV. = I, 22. — XLV. = II, 25. — XLVI. = II, 17. — XLVII. = II, 18. — XLVIII. = III, 24. — XLIX. = I, 6. — L. = II. 26. — LI. = III, 12. — LII. = II, 16. — LIII. = II, 52. — LIV. = I, 8. — LV. = II, 27. — LVI. = II, 7. — LVII. = II, 28. — LVIII. = III, 3. — LIX. = II, 29. — LX. = I, 12. — LXI. = I, 13. — LXII. = III, 9. — LXIII. = I, 15. — LXIV. = II, 19. — LXV. = I, 11. — LXVI. = I, 14. — LXVII. = I, 5. — LXVIII. = II, 15. — LXIX. = II, 43. — LXX. = II, 30. — LXXI. = III, 27. — LXXII. = I, 18. — LXXIII. = III, 28. — LXXIV. = II, 31. — LXXV. = II, 38. — LXXVI. = II, 37. — LXXVII. = II, 42. — LXXVIII. = II, 41. — LXXIX. = I, 4.

Epistola XXXI. (=I, 10.) in duas est divisa, et post quadragesimam absque ulla inscriptione inseritur: Sermo ad virginem lapsam, qui passim S. Ambrosio tribuitur, exstatque *Opp. edit. Maur. tom. II. col. 305. ss.*

II. f. 40. v. Versiculi de Matrimonii Impedimentis.

Incipiunt: „*Aetas et votum, cognatio tripla nepotum.*" etc.

III. f. 40. v. Versiculi de Horis Canonicis.

Incipiunt: „*In matutino dampnatur tempore Christus.*" etc.

IV. f. 41. v. Regulae de acuendis et gravandis Syllabis.

Initium: „*Notandum quod omnis prepositio in e, preposita suo casuali* „*per omnes sillabas debet gravari.*" etc.

V. f. 41. v. Epilogus Commentarii in Cantica Canticorum.

Incipit: „*Ut labor noster omnibus fiat fructuosus brevi epylogo cuncta* „*repetamus. Hic liber ibi incipit ubi humanum genus pacem, i. e. gratiam* „*dei per christum recepit.*" etc.

VI. f. 42—49. Fragmentum Glossarii, verba hebraica, graeca et latina minus obvia exhibens. A.—P.

Glossas theotiscas ex hoc fragmento protulerunt Denis *Catalog. Codd. theolog. II. 1022.* et Graff, *Diutisk. III. 187.*

VII. f. 50. r. Alcuini Disputationis de Dialectica Fragmentum.

Extremum est opusculi caput, *Opp. edit. Froben II. 1, p. 352.* Subscriptio: „*Explicit disputatio de dialectica et de virtutibus ejus, sapientis-* „*simi regis Karoli et Albini Magistri.*"

VIII. f. 50. r.—70. Alcuini Dialogus de Rhetorica et de Virtutibus. *Opp. edit. cit. II. 1. p. 313.*

Praemittuntur versus ut in *edit. cit.* ita inscripti: „*Item versus eiusdem* „*de arte rethorica incipiunt.*" Ipsius opusculi mox sequitur inscriptio: „*In-* „*cipit liber artis rethorice, item sub interogatione Karoli imperatoris et* „*responsione Albini Magistri.*" Versiculi qui opusculum in Frobeniana editione claudunt in nostro non habentur, subscriptio item nulla.

IX. f. 70. v. Traditio manu saeculi XIII. scripta.

Integram protulit Denis *Op. cit. II. 1023.*

X. f. 71—78. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

Inscriptio a prima manu nulla, sed talis saec. XV. addita: „*Incipit ut* „*sequitur salustius de gestis cateline qui liber vocatur catelinarium, unde* „*catelina fuit civis romanus nobilis.*"

XI. f. 78—100. v. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Inscriptio a manu saec. XV.: *„sequitur historia de bello romanorum „contra regem numidarum iugurtham."*

XII. f. 100. Mappa sphaerica trium orbis partium.

Manus saeculi XIV. hos adscripsit versiculos:

„Al diu welt mit grunne stet,
„der darundir muozic get,
„der muge wol uerwerden,
„Sin ere muoz ersterben."

Pertinuit olim codex iste ad Ioannem Alexandrum Brassicanum, deinde munificentia Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis in bibliothecam universitatis transiit.

LXXVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII., si pauca folia saeculo XIV. suppleta exceperis, foliorum 48, in quarto. 287. / II. p. 794.

I. f. 1—16. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Inscriptio: *„Incipit prologus G. Salustii in libro catilinario."* Subscriptio: *„Haec memoranda viris fecit catilina virilis."*

II. f. 17—48. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Inscriptio: *„Incipit prologus Salustii in libro de bello Jugurte Regis Nu„midarum contra Romanos."* Subscriptio nulla.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

LXXIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 84, in folio. 59. / E. f. 20.

I. f. 1—28. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

Inscriptio: *„G. Sallustii Crispi ex romanis historiis catilinaria incipit."* Subscriptio: *„C. S. Crispi Catilinaria historia explicit, ejusdem Jugurtina „sequitur."*

II. f. 28—84. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Subscriptio: *„Historię Jugurtinę secundum omnes sallustianos codices „hic finis habetur, sed imperfecta est, nam neque mors Jugurtę neque Bocci „foedus cum Romano populo declarantur, quę maxime necessaria memoratu „fuere, ex quo constat aut auctorem morte preventum, aut libri finem „perditam."* (sic.)

III. f. 84. v. Angeli Decembrii Argumenta metrica in Salustii Bellum Iugurthinum et Catilinarium.

Inscriptio: „*Versiculos infra scriptos de catilinaria iugurtinaque historia Angelus December Mediolanensis orator edidit ad Sallustii gloriam.*"

„*Argumentum Catilinarie.*" (Vers. 8.)

Incipit: „*Insignis genere, eloquio, vi denique magna*" ètc.

„*Argumentum Jugurtinę.*" (Vers. 8.)

„*Militie meritis Jugurta adscribitur hęres*" etc.

Subscriptio: „*M. cccc. L. die VI. Aprilis in Alphocea* (sic) *vico.*"

Adscriptum est codici possessoris nomen: „Francisci Bolognesi."

LXXX.

209. R. 628. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 101, in quarto.*

I. f. 1—19. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

Inscriptio: „*Gaji Salustii Crispi Bellum catilinarium incipit feliciter.*" Subscriptio: „*Gaji Salustii Crispi Bellum catilinarium explicit.*"

II. f. 21—41. M. T. Ciceronis Invectivarum in Catilinam Libri IV.

Inscriptio orationis primae: „*Marci Tullii Ciceronis oratio invectiva in Catilinam presentem incipit.*" Subscriptio quartae: „*Marci Tullii Ciceronis in Catilinam explicit invectiva quarta.*"

III. f. 41—42. Salustii Invectiva in Ciceronem.

Inscriptio: „*Incipit controversia seu invectiva Salustii in Ciceronem.*"

IV. f. 42—45. Ciceronis in Salustium Responsio.

Inscriptio: „*Sequitur controversia Ciceronis in Salustium.* Subscriptio: „*Explicit controversia seu invectiva Ciceronis in Salustium.*"

V. f. 45—49. M. T. Ciceronis Oratio pro M. Marcello.

Inscriptio: „*Incipit oratio Tullii Ciceronis ad G. Cesarem pro Marco Marcello.*"

VI. f. 49—55. M. T. Ciceronis Oratio pro Q. Ligario.

Inscriptio: „*Marci T. Ciceronis incipit pro Q. Ligario.*"

VII. f. 55—61. M. T. Ciceronis pro rege Deiotaro Oratio.

Inscriptio: „*Item eiusdem Ciceronis incipit pro Deiotaro Rege.*"

VIII. f. 62—101. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Inscriptio: *„Gaii Salustii Crispi Bellum Jugurtinum incipit feli-„citer.“*

In fronte codicis haec legitur inscriptio: *„Hunc librum partim scripsit „et partim scribi fecit Radulphus bonverii, Ebroicensis dyocesis, „anno millesimo quadringentesimo XXVI^to^ apud Turonicam urbem, „tunc degens in claustro sci martini cum magistro ludovico de „calvo monte thesaurario.“*

LXXXI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, foliorum 113, in quarto. 216. / H. p. 668.

I. f. 1—37. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

II. f. 37—113. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Folio 49. picta est orbis terrarum tabula, circumflantibus eam duodecim ventis.

LXXXII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 83, in quarto. 217. / H. p. 660.

I. f. 1—26. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

II. f. 26. v.—83. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Folio 35. vacuum est spatium pro adpingenda orbis terrarum tabula.

LXXXIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 59, in quarto. 244. / H. p. 706.

I. f. 1—39. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

II. f. 41—59. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

LXXXIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 80, in quarto. 245. / H. p. 681.

I. f. 1—28. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

II. f. 28—80. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

LXXXV.

286. H. p. 793. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 81, in quarto.*

I. f. 1—29. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

Inscriptio: „*Sallustii Crispi de conjuratione Catilinae liber incipit foeli-„citer.*" Subscriptio: „*Sallustii Crispi de conjuratione Catilinae liber ex-„plicit feliciter.*"

II. f. 30—81. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Inscriptio vel subscriptio nulla.

Codex a Sambuco emtus Neapoli.

LXXXVI.

318. H. o. 11. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 137, in octavo.*

I. f. 1—44. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

II. f. 45—137. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

LXXXVII.

3215. H. q. 25. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 115, in quarto.*

I. f. 1—40. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

Inscriptio: „*Crispi Salustii viri consularis atque Patritii de bello Cati-„linario liber incipit, feliciter lege.*"

II. f. 40. v.—115. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Inscriptio: „*Crispi Salustii V. C. atque Patricii de Bello iugurtino li-„ber, incipit prologus.*"

LXXXVIII.

3249. U. 231. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 84, in quarto.*

I. f. 1—30. v. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

II. f. 30. v.—84. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Subscriptio: „*Si cupis ignotum Jugurthę noscere loetum*"
„*Tarpei montis pulsus ad ima ruit.*"

LXXXIX.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 67, in folio. 3180. / H. p. 595.

I. f. 1—22. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

Inscriptio: „*Crispi Salustii Historiographi clarissimi catelinarius liber* „*incipit.*"

II. f. 23—67. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Inscriptio: „*Crispi Salustii historiographi clarissimi de bello iugurtino* „*liber incipit.*" Subscriptio: „*Finis. P. E. F. A.*"

XC.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 73, in quarto. 3185. / S. 8. f.

I. f. 1—24. v. C. Salustii Crispi Bellum Catilinarium.

Inscriptio: „*Crispi Salustii Romani historiographi de catilinae bello in-* „*cipit.*"

II. f. 24. v.—73. C. Salustii Crispi Bellum Iugurthinum.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Finis. deo gratias. M. CCCC. LXIIII.* „*Amen. decima nona die ianuarię.*"

XCI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 81, in quarto. 802. / H. p. 988.

C. Sallustii Crispi Bellum Iugurthinum.

XCII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XIV. foliorum 296, in folio maximo. 3099. / R. 475.

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas I. III. et IV.

Fol. 1. r. Decadis I. Lib. 1. cap. IV., incipit a verbis „*datum. Ita* „*geniti itaque educati.*" — f. 12. r. Lib. II. — f. 25. r. Lib. III. — f. 40. v. Lib. IV. — f. 52. r. Lib. V. — f. 63. r. Lib. VI. — f. 72. r. Lib. VII. — f. 81. r. Lib. VIII. — f. 89. v. Lib. IX. — f. 101. r. Lib. X.

Fol. 114. r. Decadis III. Lib. I. — f. 124. v. Lib. II. — f. 136. v. Lib. III. — f. 147. r. Lib. IV. — f. 157. v. Lib. V. — f. 169. r. Lib. VI. —

f. 183. r. Lib. VII. — f. 195. r. Lib. VIII. — f. 208. v. Lib. IX. f. 218. v. Lib. X.

Fol. 229. v. Decadis IV. Lib. I. Abrumpitur f. 131. v. in his cap. 13. verbis: „*magnisque exercitibus gerendum.*" Inter f. 131 et 132, evulsa sunt 13 folia, quorum paucae supersunt laciniae. Fol. 132. Lib. II. orditur his cap. 30. verbis: „*inclinarent, post signa in subsidiis.*" — f. 233. v. Lib. IV. — f. 243. v. Lib. V. — f. 252. r. Lib. VI. — f. 259. v. Lib. VII. — f. 270. r. Lib. VIII. — f. 281. v. Lib. IX. Abrumpitur f. 289. in his cap. 42. verbis: „*Quintius scorto, vis tu inquit.*" Fol. 290—296. merae sunt laciniae.

XCIII.

5. / R. 185. *Codex manuscriptus membranaceus latinus saeculi XIV. foliorum 152, in folio.*

I. f. 1—148. Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas I. et III.

Inscriptio: „*Tyti Livii ab urbe condita liber primus incipit.*" Adspersae sunt hinc inde glossae marginales.

II. f. 148. v.—150. v. Sexti Rufi de Historia Romana Libellus.

Libellus in codice anepigraphus, ab alia manu Livio adiectus.

Fol. 152. manus saec. XV. locum e Manilii *Astronom. Libr. V. v. 130—139.* adscripsit.

Codicis fata ex inscriptionibus in fronte et ad calcem positis colligere licet: „*Jani Parrhasii et Amicorum, Mediolani emptus aureis decem,* „*sed longe pluris a me fit.*" Deinde: „*Antonii Seripandi, ex Jani* „*Parrhasii testamento.*" Tandem: „*Gasperini Barzizii.*" Ad nos ex bibliotheca St. Ioannis de Carbonaria translatus.

XCIV.

12. / R. 186. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 156, in folio.*

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas I. et III.

Libri XXX. cap. 40.—42. et 44. truncata sunt.

Fol. 19. v. et f. 28. Nicomachus Dexter et Victorianus, Livii emendatores citantur:

F. 19. v. „*Victorianus v̄c̄. emendabam dn̄is Symmachis. Titi* „*Livii ab urbe condita lib. scts. explic.*"

F. 28. r. „*Titi livii nicomachus dexter v̄c emendavi, ab urbe* „*condita. Victorianus v̄c emendabam don̄nis simachis, liber III. ex-* „*plicit.*"

Habentur eaedem emendatorum notationes ad calcem singulorum fere decadis I. librorum in Codd. Florent. *Plut. LXIII. n. 15. et 19.* Vid. Bandini *catalog. II. 692 — 694.* In Symmachi epistola ad Valerianum (*Lib. IX. ep. 13.*) de Liviani operis emendatione mentio: „*Munus totius* „*Liviani operis quod spopondi etiam nunc diligentia emendationis moratur.*"

Codicem olim possedit: „*Antonius Seripandus e Francisci Aelii munere.*" De Fr. Elio cfr. Tirabosch. *VI. 957.*

XCV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 292, in folio. 18. / II. p. 57.

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas I.

Folio I. adscriptum est possessoris nomen: „*Dns Emericus Abbas Biulcz*" (Bulcs in comitatu Bihar Hungariae), unde codicem olim Corvinianum fuisse, suspicari licet.

XCVI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 231, in folio. 22. / H. p. 58.

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas I.

Ad calcem habetur librarii nomen: „*Finis Deo gratias. Johannes* „*Franciscus de sc̃o Geminiano scripsit.*"

Folio 1. picta sunt arma Matthiae Corvini Hungarorum regis, fluvii Hungariae et leo Bohemiae, additis litteris: MA.

XCVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 215, in folio. 40. / H. p. 59.

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas I.

XCVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. picturis auroque ornatus, foliorum 305, in folio. 18. / H. p. 61.

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas III.

XCIX.

14.
H. p. 68. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. picturis ornatus, foliorum 285, in folio.*

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas III.

Codex a secunda manu passim refictus et emendatus. Folio I. inter varias avium et animalium quadrupedum imagines, arma regiae domus Aragonicae conspiciuntur; ibidem pictoris vel scribae nomen: „Iacobi de Fabriano," literis minutissimis exprimitur.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

C.

19.
H. p. 60. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 200, in folio.*

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas III.

Librarius Libr. XXIV. cap. 46.—49. praetermisit, in his verbis cap. 45. „*neque eum pro hoste neque pro socio in praesentia habitum*" abrumpens, addita clausula et Libr. XXV. inscriptione, continuo novum librum exorsus.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

CI.

20.
H. p. 62. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XVI. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 205, in folio.*

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas III

CII.

37.
E. f. 19. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auratis, foliorum 262, in folio.*

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas III.

Inscriptio: „*T. Livius de bello Punico. Julii II. Pon. Max. Bibliotecae. secretae. dicatus.*" Picta sunt in fronte Iulii II. arma gentilitia et eiusdem effigies, hac epigraphe: „*Julius. II. Ligur. Saon. Pont. Max.*"

CIII.

45.
H. p. 64. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 285, in folio.*

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decas III.

Subscriptio: „*Finis.* ***Clemens Salernitanus*** *Dei gratia feliciter* „*scripsit.*"

In fronte picta sunt arma principis e regia domo Aragoniae.

Codicem Sambucus Maximiliano II. Imp. dono dedit.

CIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 172, in folio. 21. H. p. 65.

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decadis IV. Lib. XXXI. XXXII. XXXIV.—XL.

Deest liber XXXIII. Liber XL. abrumpitur in his cap. 37. verbis: „*Decemviri supplicationem in biduum valetudinis causa et per omnia fora* „*conciliabulaque edixerunt.*"

CV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi, ut videtur VI. literis uncialibus sine verborum distinctione, foliorum 193, in forma octavae maiori simillima. 15. H. p. 626.

Titi Livii Patavini Historiarum Romanarum Decadis V. Libri I.—V.

Ultimos hos qui supersunt quinque Livii libros, Simon Grynaeus ex ipso hoc codice, tunc monasterii Laureshaimensis cimelio, primus edidit *Basileae, typis Frobenianis, 1531. fol.*

Ad nos ex arce Ambras (sub No. 287.) delatus est. Nova eius collatione usus est I. Th. Kreyssig, in sua Livii editione *Lips. Weidm. 1823.*

Historiam codicis mirifice collustrant pauca inscriptionis vetustae vestigia fol. ult. v. „*sûtberti epî de dorostat,*" nonnullis, quae praecedebant tribus vel quatuor vocibus, iniuria temporum penitus iam detritis. Sutbertum sive Suitbertum, natione Anglum, primum in Hibernia monachum, deinde Dacorensem in Cumbria abbatem, tandem Frisonum apostolum, circa ann. 693. a suis in hac vinea sociis episcopum électum, atque in Anglia ordinatum fuisse, e Beda (*Hist. eccles. V. 12.*) constat; eundem cum Willebrordo (quo Romam iter intendente Suitbertum a suis episcopum renuntiatum fuisse idem Beda testatur) Dorostadii (*Wyck de Dürestedt*) per biennium Christum praedicasse, atque in eo vico vel ditione quinquaginta duo fana dedicasse, narrat Marcellinus quidam (*in vita St. Suitberti cap. 27.*) explosus quidem a Bollandistis (*ad diem I. Martii*) testis, qui tamen caute subdunt, se ea, quae de vico Dorostad ibi referuntur, nec approbare nec reiicere velle. Pulso a barbaris episcopo et dispersis sociis, — prosequitur Beda, — Pipinus locum mansionis de-

dit in insula Rheni, quae lingua eorum vocatur in Littore *(Caesariswerda s. Kaiserswerder)* in qua ipse constructo monasterio diem clausit extremum (ann. 713). Nihil moramur Suitbertum, episcopum „*nulli* „*sedi addictum*" ut inquit Belgii sacri auctor *(tom. I. p. 48.)* Dorostadensem vocari, cum in hoc loco diutius commoratum, et plures saltim ecclesias dedicasse, satis constet. Hinc iam coniicere fas est, Livianum hunc nostrum codicem, unicum quintae decadis superstitem, novo etiam sancti possessoris titulo colendum, ab ipso Suitberto ex Hibernia Dorostadum, inde Caesariswerdam delatum, continuo iuxta Rhenum itinere Laurishemum tandem pervenisse, unde ad Grynaeum in Helvetiam, postea in arcem Ambras migravit, tutum nunc ad Danubium nactus asylum.

CVI.

288. H. p. 898. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 224, in octavo.*

Orationes e Titi Livii Historiarum Romanarum Libris, qui exstant, excerptae.

CVII.

224. E. f. 154. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auratis, foliorum 171, in quarto.*

I. f. 1—47. Valerii Catulli Carmina.

II. f. 48—88. Albii Tibulli Carminum Libri IV.

III. f. 89—171. Sexti Aurelii Propertii Carminum Libri IV.

Folio primo picta sunt Matthiae Corvini Hungarorum regis insignia, thecae haec inscripta sunt: „*Codex hicce manuscriptus Catulli, Ti-* „*bulli et Propertii, Romanorum Poetarum Carmina, quae exstant,* „*continens; jussu Matthiae Corvini Regis Hungariae descrip-* „*tus, e Bibliotheca ejusdem Budensi tempore Ex-Regis Johannis* „*de Zapolya in Transylvaniam delatus, e suppellectili subhastata* „*Principis Michaelis Apafi, Bibliothecae serenissimi ducis Eugenii* „*de Sabaudia demisse adscriptus a Samuele Köleseri de Keres-* „*Eér, Consil. Guber. Transilv.*" Tibulli carmina ex hoc codice edidit Köleserius *Claudiop. 1727. 8°.*

CVIII.

3198. φ. 210. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 205, in quarto.*

I. f. 1—42. Valerii Catulli Carmina.

Inscriptio et subscriptio nulla.

II. f. 42. v. — 63. Petronii Arbitri Satyricon.

Inscriptio: „*Petronius Arbiter.*" Subscriptio: „Θεῷ δόξα. *Petronii Arbitri Satyricon liber feliciter explicit. M. CCCC. XL. Georgii Antonii Vespucii.*"

III. f. 64 — 102. Albii Tibulli Elegiarum Libri IV.

Inscriptio et subscriptio nulla, nulla item carminum in libros divisio. Subditur ut in plerisque Codd. Domitii Marsi epitaphium Tibulli, et Tibulli vita, qualis fere legitur ad calcem commentariorum Bernardini Cyllenii *Rom. 1475.*

IV. f. 103 — 104. P. Ovidii Nasonis Amor. Libr. III. eleg. 9. in obitum Tibulli.

V. f. 106 — 108. v. Pseudo-Lactantii Carmen de Phoenice.

Inscriptio: „*Lactantii firmiani versus de phoenice.*"

VI. f. 108. v. — 110. Venantii Fortunati Hymnus de Resurrectione Domini, ad Felicem Nannetensem episcopum. *Carm. Libr. III. c. 7.*

Inscriptio: „*Lactantii de Resurrectione xpi.*" Desunt in fine decem illi versus de conversione Saxonum.

VII. f. 110. v. — 111. Excerpta e Lactantii Libro de Ira Dei; item S. Hieronymi Stridonensis de Lactantio Testimonia.

VIII. f. 114 — 137. Cl. Claudiani de Raptu Proserpinae Libri III.

Inscriptio et librorum divisio nulla. Subscriptio: „*Explicit liber Claudiani florentini de raptu proserpine a plutone ad laudem xpi, sueque uirginis matris mee Bernardus s. pauli de mathelica scripsi Florentie in eadem domo pi. de por. die XI. Augusti, 1478.*"

IX. f. 142 — 145. P. Ovidii Nasonis Epistola Deianirae ad Herculem, Heroidum IX.

X. f. 148 — 151. Incerti Baucaleumata elegiaca XII.

In margine a prima manu adscriptum est L. Vall. fortassis poetae nomen. De Laur. Valla mira carminum elegantia cogitare vetat. Speciminis loco carmen III. et VIII. transcribimus.

„*Nenia et nutrix canit.*

„*Has ego Luciolo mammas haec ubera servo,*
„*Dextera mamma tua est: ipsa sinistra mea est.*
„*Singultit sed Luciolus, mutare licebit,*

„*Ipsa sinistra tua est, dextera mamma mea est.*
„*Utraque sed potius tua sit, jam desine flere,*
„*Desine dextra tua est, mamma sinistra tua est.*
„*Risit Luciolus mammamque utramque momordit,*
„*Tune meas mammas crudule? tune meas?*
„*Jam sevit quia dico meas, ne crudule sevi,*
„*Haec atque illa tua est, utraque mamma tua est.*
„*Nunc Luci nunc suge ambas, ne quis malus illas*
„*Auferat, et clauso scite reconde sinu.*
„*Nenia qua nutrix accersitur, loquitur mater.*
„*Lisa veni, expectata veni, quid lenta moraris?*
„*En age, quid cessas? nil remorata veni.*
„*Et sitit et vagit, tibi nunc convitia dicit*
„*Lucius, et caros queritat usque sinus.*
„*Jam properat Lisella, pedum vestigia sensi,*
„*Ecce venit nudo Lisa parata sinu.*
„*En tibi lacteole Luci formosae papillae!*
„*En tibi turgidulo plena papilla sinu!*
„*Tota tibi tua Lisa vacat, tua Lisula tota est,*
„*Summe venuste puer ubera, carpe sinus:*
„*Carpe sinus formose tuos sompnumque capesse,*
„*Dicetur cunis nenia grata tuis.*

XI. f. 152—154. Incerti Carmen elegiacum de Mariae Magdalenae Laudibus.

Incipit: „*Festa dies oritur, Mariam celebrate frequentes,*
„*Thuriferis caleat Magdalis ara focis.*
„*Candida circumeat redimitos infula crines,*
„*Omnem phoebea nectite fronde tholum.*

XII. f. 156—159. Caroli Marsupini Carmen elegiacum in obitum Leonardi Bruni Aretini.

Inscriptio: „*Caroli Aretini pro obitu leonardi ad benedictum virum „consultissimum Elegia incipit.*"

Exstat Carm. illustr. Poet. Ital. *Edit. Florent. tom. VI. p. 267. ss.*

XIII. f. 160—161. Angeli Politiani, Manilii Spartani, Umbri Vitalini, Demetrii Chalcondylae et Bernardi Michelocii Epigrammata in obitum Theodori Gazae.

Horum epigrammatum primum est A. Politiani. Incip.: „*Heu sacrum caput occubuit.* (Exstat *Opp. Polit. Paris. Ascens. 1519. p. II. f. 94.*) II. Manilii Spartani tetrastichon. Incip.: „*Caelicolum sed causa latet, „mortale parenti*" etc. III. Eiusdem aliud trium distichorum. Incip.: „*Di-*

„*ruta barbaricis defossaque Graecia telis*" etc. IV. Umbri Vitalini trium distichorum. Incip.: „*Siste licet properes, Theodorus Gaza, viator.*" V. VI. et VII. Angeli Politiani graeca. (*Opp. edit. cit. f. 99.*) VIII. Demetrii Chalcondylae graecum, trium distichorum. Incip.: „K' ἀτρε χῆς σοφίη δηρὸν χδονίους προλιπουσα" etc. IX. Eiusdem aliud graecum, duorum distichorum. Incip.: „Φεῦ μέν οἴχεται ἑλληνων τὰ καλἄϑρόα πάντα" etc. X. Angeli Politiani distichon. Incip.: „*Cum terram hic nosset.*" (*Opp. edit. cit. f. 94.*) XI. Bernardi Michelocii pentastichon. Incip.: „*Cuncta sub antiquam redeunt semel orta parentem.*"

XIV. f. 162—163. Ioannis de Vergiliis Caesenatis Bucolicorum ad Dantem Aligherium praefatio inedita.

Incipit: „*Pieridum uox alma nouis qui cantibus orbem*
„*Mutus laetifluum uitali tollere ramo*
„*Dum cupis, evolvens triplicis confinia sortis.*" etc.

Sunt quinquaginta et unus versus.

XV. f. 163—164. Dantis Aligherii ad Ioannem de Vergiliis Caesenatem Ecloga I. *Carm. Poet. Ital. ed. Florent. tom. I. p. 115. ss.*

XVI. f. 164—166. Ioannis de Vergiliis Caesenatis ad Dantem Aligherium Ecloga responsiva. *Op. cit. tom. XI. p. 262.*

XVII. f. 166—168. Dantis Aligherii ad Ioannem de Vergiliis Caesenatem Ecloga II. *Op. cit. tom. I. p. 117. ss.*

XVIII. f. 170—179. Excerpta ex Ovidio de Arte Amandi, item Amorum et Tristium Libris.

XIX. f. 183—186. Palladii Rutilii Tauri de Insitione Liber.

Desunt triginta et quatuor priores versus.

XX. f. 186. v.—189. P. Ovidii Nasonis Epistola Cydippes ad Acontium, Heroidum XXI.

Inscriptio: „*Cedippe Acontio Heroidum Ovidii ultima epistola recens* „*reperta.*" Abrumpitur vers. 144. addito: „*Finis.*" Cfr. Burm. *ad. h. ep.*

XXI. f. 195—204. Bartholomaei Scalae Carmen heroicum de Laude Mediceorum.

Incipit: „*Semper ut ante mihi meritis pro grandibus Musa,*
„*Musa domus Medicae, dederas cecinisse paratum*
„*Auxilium, quotiens uolui memorare parentem*
Florentis patriae Cosmum, natosque parentis" etc.

XXII. f. 205. Francisci Bononiensis de Pastore Echo allo-quente e graeco Musicolae.

Incipit: „*Pastor ab insano quondam deprensus amore,*
„*Constituit proprio vulnere ferre necem.*"
Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

CIX.

3243. / R. 3188. VI. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 55, in quarto.*

I. f. 1—48. Valerii Catulli Carmina.

II. f. 49—55. Iacobi Locher Philomusi Carmen de partu monstroso in oppido Rhain anno 1499. edito.

Impressum est istud carmen Ingolstadii s. a. 4°.

CX.

3153. / φ. 96. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 63, in folio.*

Sexti Aurelii Propertii Elegiarum Libri IV.

Inter f. 60 et 61. unum folium periit, quocum libri IV. eleg. IX. et X. pars consumta fuit.

CXI.

107. / φ. 128. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 22, in folio, a diversis manibus binis columnis exaratus.*

I. f. 1—8. Rufi Festi Avieni Aratea Phaenomena et Prognostica.

Inscriptio: „*Rufi Festi Arati incipit liber primus de positione syderum.*"
Prognostica fine truncata desinunt v. 255.

II. f. 9—14. T. Lucretii Cari de Rerum Natura Lib. I. v. 641.—Libr. III. v. 622.

III. f. 15—18. r. T. Lucretii Cari de Rerum Natura Lib. VI. v. 742.—1284.

Ab alia manu.

IV. f. 18. v.—22. D. Iunii Iuvenalis Satyra I.—V.

Satyra V. abrumpitur. v. 96.

CXII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auratis, foliorum 134, in quarto, si quid e theca coniectare licet olim Corvinianus. 170. / φ. 148.

T. Lucretii Cari de Rerum Natura Libri VI.

Inscriptio: „*T. Lucrecii Cari de rerum natura liber primus incipit feliciter.*" Subscriptio: „*T. Lucrecii Cari de rerum natura liber sextus et ultimus explicit feliciter.*"

Pertinuit olim ad Ioannem Fabri episcopum Vindobonensem, cuius dono collegio ad St. Nicolaum accessit; ad nos ex arce Ambras (No. 462.) translatus.

CXIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi X., charactere ad immitationem scripturae longobardicae effigiato, literarum initialium figuris historicis vivis coloribus pictis, constans foliis 177, in folio. 58. / R. 293.

I. f. 1—13. v. P. Virgilii Maronis Bucolica.

Praemittuntur: 1. Poetae scholastici versus de Aeneide sub nomine Augusti Caesaris, initio truncati; ita ut versimile sit primum folium e codice excidisse. 2. Epitaphium Virgilii: „*Mantua me genuit*" etc. 3. Duodecim Poetarum scholasticorum disticha in tumulum Maronis; (Burm. *Antholog. lat. Libr. II. ep. 198.*) additis a manu paullo recentiori poetarum nominibus, hoc ordine: Pompeiani; (*Burm. n. 3.*) Maximiani; (*Burm. n. 4.*) Vitalis; (*Burm. n. 5.*) Basilii; (*Burm. n. 6.*) Asmenii; (*Burm. n. 7.*) Vomani; (*Burm. n. 8.*) Euforbi; (*Burm. n. 9.*) Iuliani; (*Burm. n. 10.*) Hylasii; (*Burm. n. 11.*) Palladii; (*Burm. n. 12.*) Carmina apud *Burm. 1 et 2.* Asclepiadeo et Eusthemio adscripta, in nostro auctoris nomen adpositum non habent.

II. f. 13. v.—44. v. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV.

Inscriptio: „*Incipit Georgicorum liber I.*" Singulis libris praemittuntur tetrasticha „*Ovidii versus*" inscripta, quae habes apud Burmannum *op. cit. Libr. II. epigr. 189.*

III. f. 44—177. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

Abrumpitur fine truncata Libr. XII. v. 675. Praemittuntur singulis libris notissima illa decasticha scholastica, (Burm. *op. cit. libr. II. ep. 192.*) „*Ovidii versus*" ut solent, inscripta.

Folii 76. paginae rectae quam in fine libri II. Aeneidos librarius forte vacuam reliquerat, manus saeculi X. adscripsit: Schema graduum co-

gnationis, inscriptum: „*Justiniani de cognatione graduum*" (sic). Alia manus, eiusdem saeculi Martialis epigr. 98. Libr. IX. adlevit, quod deinde a manu saeculi XII. est repetitum. Tandem nonnemo saeculo XII. lautam hanc atramenti componendi formulam adposuit:

„*Vitreoli quarta mediaque sit uncia gumme,*"
„*Integra sit galle, superaddas octo falerni.*"

Codex e bibliotheca monasterii St. Ioannis de Carbonaria Neapoli ad nos translatus.

CXIV.

81.* s. n. *Fragmenta codicis membranacei saeculi XI., foliorum 4, in folio.*

P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri I. v. 165—486.

Adscriptae sunt a manu coaeva glossulae marginales et interlineares. Vers. 441—446. a librario praetermissi fuerunt.

CXV.

27. R. 274. *Codex manuscriptus membranaceus latinus saeculi XI., foliorum 225, formae fere quadratae.*

P. Virgilii Maronis Bucolica et Aeneidos Libri XII. cum Commentariis Servii.

Incipit codex capite truncatus cum Servii commentario in *Eclog. VIII. v. 21.* his verbis: „*fecit autem versum.*" Finit mutilus *Aeneidos libr. XII. v. 82.* Commentariorum auctor constanter Sergius scribitur; epigrammata scholastica singulis libris praemissa Ovidio tribuuntur.

Codex olim Ant. Seripandi, ad nos pariter e bibliotheca monasterii St. Ioannis de Carbonaria translatus. Montefalconius, qui librum Neapoli viderat, in fine annum exarati codicis 1007. adnotatum fuisse testatur (Montfauc. *diar. italic. p. 313.*); ergo post annum 1698 mutilatus, mutilus certe nobis commissus, testante id Forlosia in suis adversariis (No. 11924.).

CXVI.

208. φ. 180. *Codex manuscriptus membranaceus, partim saeculo XII., partim XV. scriptus, foliorum 180, in quarto minori.*

I. f. 5—112. S. XII. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

Inscriptio: „*Incipit Virgilii Maronis eneidos liber primus.*" Ultimi sex versus a manu saec. XV. suppleti sunt, quae etiam talem hypographen adiecit: „*Explicit liber Virgilii de gestis enee imperatoris romanorum.*"

II. f. 2—3. S. XV. Pseudo-Ovidii Argumenta in Aeneidem, absque praefatione. *Burm. Antholog. lat. II. n. 192.*

III. f. 3. v. S. XV. Argumenta Monosticha in XII Libros Aeneidos. *Burm. Antholog. lat. II. n. 191.*

IV. f. 3. v. S. XV. Argumentum XII Librorum Aeneidos.

Ineditum, huc transcribimus:

„Primus habet pelagi minas terraeque secundus,
„Tertius errores, et amores quartus Elissae,
„Quintus habet ludos et sextus deducit ad umbras,
„Septimus Ausonios, Aeneam octavus et armat,
„Nonus Hyracidem, decimus Pallanta peremit.
„Undecimus Carcem dampnat, pars ultima Turnum."

Subiiciuntur notissima illa: *„Mantua me genuit,"* et *„Hos ego versiculos feci"* etc.

V. f. 112. S. XV. Duodecim Poetarum scholasticorum Disticha in tumulum Virgilii. *Burm. Antholog. lat. II. n. 192.*

VI. f. 112. v.—113. S. XV. Duodecim Poetarum scholasticorum Tetrasticha in tumulum Virgilii. *Burm. Antholog. lat. II. n. 188.*

VII. f. 113. v. S. XV. Argumenta Tetrasticha in Georgica Virgilii. *Burm. Antholog. lat. II. n. 179.*

Inscriptio: *„Argumentum Ovidii de laudibus Virgilii."*

VIII. f. 113. v. S. XV. Incerti Versus de Morte Virgilii, Cornelio Gallo adscripti. *Burm. Antholog. lat. II. n. 176.*

Inscriptio: *„Supplicatio et versus Corneli Galli ad Cesarem de „non comburenda Eneyde."*

IX. f. 113. v. S. XV. C. Sulpitii Apollinaris de non comburenda Aeneide Versus. *Burm. Antholog. lat. II. n. 174.*

Inscriptio: *„Supplicatio versus Valerii marcialis v. quidam dicunt „Sculpicii gartaginensis de non comburenda eneyde."*

X. f. 113. v.—114. S. XV. Poetae scholastici Versus de Aeneide sub nomine Augusti Caesaris. *Burm. Antholog. lat. II. n. 184.*

Inscriptio: *„Responsio et versus Octaviani Augusti de non combu„renda Eneyde."*

XI. f. 1. 4. 114. 115. S. XV. Porcellii Poetae Laureati Carmina Varia.

De Porcellio Calabro, homine saeculi XV. Vid. *Diar. litterat. Italiae tom. IX. p. 148. ss.*

CXVII.

151. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. literis initiali-*
S. 8. *bus pictis, foliorum 146, in folio dimidiato.*

I. f. 1—10. P. Virgilii Maronis Bucolica.

II. f. 10. v.—35. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV.

III. f. 36—146. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

Inscriptiones v. subscriptiones per totum codicem nullae; glossae marginales et interlineares hinc inde adspersae.

CXVIII.

172. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. lacunis a*
φ. 177. *manu saeculi XIV. passim suppletis, foliorum 144, in quarto minori.*

I. f. 1—11. P. Virgilii Maronis Bucolica.

II. f. 12—38. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV.

III. f. 38. v.—142. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

Ad calcem Aeneidos adscriptum est Martialis Libr. I. epigr. 20. cum hac epigraphe: „*Versus Virgilii de nutrice sua.*"

IV. f. 142. v.—144. Servii Commentariorum in Virgilium Prooemium.

Fol. 1—11. 25—27 et 39. a manu saec. XIV. suppleta sunt. Manus saec. XV. hanc adscripsit notam: „*Iste liber Virgilii pertinet michi Jo-* „*hanni Leaugetel, decretorum doctori, in legibus licentiato, Canonico* „*Rhotomagensi, Vinarien. ac Secretario Rm̃i. dñi. Cardinalis de* „*Estoutevilla vulgariter dicti.*" De hoc codicis possessore cfr. Claud. „Robert. *Gall. christ. Archiep. Rothomag. n. 78.* Nobis ex suppellectili Ioannis Sambuci accessit.

CXIX.

28. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. exeuntis, li-*
φ. 17. *teris initialibus miniatis, et fol. 5. picturis variis, inter quas arma cuiusdam e Vicecomitum Mediolanensium familia, quae deinde f. 360 v. repetuntur, ornatus; constans foliis 309, in folio.*

Publii Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII., cum Commentariis Lionis de Magnali Florentini in Monte-Politiano Grammatices Professoris.

Fol. 1. Prooemium commentatoris incipit: „*Omnia divino monstravit carmine vates. Quoniam omnis rerum structura labitur in ruinam, que a xpo principe non suscipit fundamentum, ideo in operis hujus principio invocandum inquam illum rerum omnium patrem, quo pretermisso nullum rite fundatur exordium. Idcirco illud* Cassiodori, *quod est scriptum XI variarum nunc dicatur: instruit, inquit, nos, qui de vera sapientia sapit.*" etc. Finit.: „*Et sciendum quod* Virgilius *considerans triplicem vitam, s. contemplativam, voluptuosam et activam, opera tria conscripsit solemnia, sc.* bucolicam, *per quam vita contemplativa intelligitur, et* georgicam, *per quam intelligitur vita voluptuosa, unde in* georgica: *Rura mihi et rigui placeant in vallibus amnes etc. et* Eneydam, *per quam datur intelligi vita activa. Hanc autem, seu Eneydam ego Lione, florentinus utroque parente, disposui ad presens disponere, quam mihi gratiam exponendi concedat sui clementia gloriosus atque sublimis dominus deus yhs xps, benedictus, laudabilis et venerandus in secula seculorum. Amen.*"

Incipit commentarius f. 1. v. „*Quoniam ut testatur Virgilius in Georgica: felix qui potuit rerum cognoscere causas, idcirco bene se habet in principio presentis operis causas eius primitus indagare*" etc. Subscriptio f. 307. r. „*Commentum super libros* Eneydos Virgilii, *editum a Lione de Magnali in monte pultiano grammatice excellentissimo professore. Explicit per totum. Amen.*"

Praetexta sunt Monosticha Basilii, quae commentator solito more Ovidio tribuit, his verbis: „*hec est prefatio Ovidii super XII libros eneydos, habens duodecim versus, quorum primus continet sententiam primi libri eneydos, secundus secundi*" etc. Praeterea Pseudo-Ovidii epigrammata scholastica, nulla de auctore mentione facta, singulis libris praemittuntur.

In calce voluminis, f. 308. r. „*Quod ut aiunt sculptum est in vivo*" (sic) „*lapide sepulture Virgilii in Neapoli civitate Epitaphium, publii Virgilii Maronis poete Mantuani.*" — Mantua me genuit etc.

„*Item aliud epitaphium eiusdem Virgilii poete Mantuani.*" Pastor, arator, eques etc.

„*Dicit propertius de Virgilio poeta mantuano.* — Cedite romani scriptores etc.

(Sulpitii Apollinaris Carmen.) „*Jusserat haec rapidis*" etc.

„*Carmina Octaviani Cesaris Augusti in Virgilio.*" — Ergone supremis potuit etc.

F. 308. v. „*Versus duo Virgilii facti ad laudem Octaviani Augusti.*" — Nocte pluit tota etc.

„*Versus quatuor Virgilii per eum facti ad quandam cautelam et in vituperium et fidem ignorancie cuiusdam se iactantis ydiote.*" — Sic vos non vobis etc.

(Prooemium Servii in suos commentarios in Virgilium.) Inscript.: „*Quaedam introductio in Virgilium Maronem.*"

Codex fuit olim Ioannis Sambuci, qui illum ann. 1567. Bergomi pretio quatuor ducatorum emerat.

CXX.

39. / φ. 29. ***Codex manuscriptus membranaceus, scriptus anno 1456. a Baptista Cingulano, pro Hieronymo Barbadico Forijulii gubernatore, constans foliis 188, in folio.***

I. f. 1—13. P. Virgilii Maronis Bucolica.

Inscriptio: „*Publii Virgilii Maronis Bucolicorum Liber primus* „*incipit feliciter.*" Subscriptio: „*Virgilii Maronis Mantuani* „*poetae laureati bucolicum carmen explicit foeliciter.*"

II. f. 13—44. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV.

„Ovidii Nasonis *Poetae clarissimi in Libr. Georgicor. Maronidis* „*Poetae laureati Carmen incipit feliciter.*" „*Quid faciat laetas sege-* „*tes*" etc. — „*Liber primus Virgilii georgicorum.*" Subscriptio: „*Pu-* „*blii Virgilii Maronis Georgicorum et Bucolicorum Libri expliciunt* „*feliciter.*"

III. f. 45—188. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

„*Versus* Ovidii *in Lib. Aeneid.*" „*Aeneas primo lybię.*" „*Publii* „*Virgilii Maronis Mantuani Eneidos liber primus incipit foelicis-* „*sime.*" Subscriptio: „*P. Virgilius Maro poeta magnus omniumque* „*prçclarissimus atque optimus, quem Baptista Cingulanus magnifico* „*ac patricio D. Hieronimo Barbadico litteris accuratis descripsit,* „*anno nostrę salutis M°. CCCC. L°VI. XV. Kl. Julias, quo tempore idem* „*clarissimus vir pro inclita celsitudine Venetorum memorabili justitia et* „*ęquitate Forijulianę patriae prȩfuit. Finit feliciter. Benevaleat qui le-* „*gerit.*"

CXXI.

71. / H. f. 21. ***Codex manuscriptus membranaceus, anno 1412 exaratus, literis initialibus pictis et auratis, foliorum 236, in fol. in fronte exhibens arma Vicecomitum Mediolanensium, adiectis characteribus: FR. VI.***

I. f. 1—15. P. Virgilii Maronis Bucolica.

II. f. 16—54. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV.

Praemittuntur singulis libris argumenta tetrasticha. Burm. *Antholog. lat. II. n. 189.*

III. f. 55—235. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

Praemissa sunt Pseudo-Ovidii argumenta.

IV. f. 235. Carmen scholasticum sub nomine Octaviani Augusti. *Burm. Antholog. lat. II. n. 184.*

Inscriptio: „*Versus augusti cesaris de laudibus et affirmatione* „*operis Virgilii post mortem ejus, scilicet ne cremarentur.*" In margine manus saec. XVII. adnotavit: „*ducta ab exemplari mendoso.*"

V. f. 236. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libr. II. v. 567—588.

Inscriptio: „*Versus infrascripti fuerunt Virgilii, sed Varus et* „*Tucha abiecerunt imperio Augusti Cęsaris, erat enim inconveniens* „*ut ęneas vir fortis irasceretur mulieri, et sequebatur istud.*" Cfr. Heyne *ad h. l.* Subscriptio: „*Hic est finis, invenias carmen quod sequitur: Tum* „*mihi se non ante oculos tam clara videndam, tertio cap. libri secundi, ubi* „*continetur de morte priami. Explicit VIII. Kal. Febr. 1412. Deo semper* „*sit laus et gloria.*"

CXXII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 252, in folio, literis initialibus pictis, e Budensi Matthiae Corvini bibliotheca. 92. / U. 1004.

I. f. 1—16. P. Virgilii Maronis Bucolica.

Folium primum, armis Corvinianis olim decoratum, e codice est evulsum, incipit nunc *Eclog. I. vers. 50.*

II. f. 16.—58. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV.

III. f. 60—251. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

Inscriptiones v. subscriptiones per totum codicem nullae, nonnisi in fine Aeneidos: „*Liber Virgilii Eneidum explicit.*"

Manus recentior margini passim notulas adscripsit; eadem fol. 252. addidit: „Vitam Virgilii excerptam ex commentariis Servii Honorati Grammatici."

Thecae impressa sunt arma Corviniana, fluvii Hungariae cum leone Bohemico. E bibliotheca Budensi liber transiit ad Ioh. Alex. Brassicanum, manus eius inscriptione id testante: „*Liber est Joannis* „*Alexandri Brassicani, Philosophi et Juris consulti. Budae, 1525.* „*Mensis decembris die VI.*" Pertinuit deinde ad Ioannem Fabri episcopum Vindobonensem, cum cuius libraria suppellectili bibliothecae universitatis est illatus.

CXXIII.

205. / φ. 199. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 57, in quarto.*

I. f. 1—18. P. Virgilii Maronis Bucolica.

II. f. 18—57. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV.

Codex olim pertinuit ad quendam Hannibalem de Papafavis.

CXXIV.

238. / φ. 204. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 222, in quarto.*

I. f. 1—15. P. Virgilii Maronis Bucolica.

II. f. 15—52. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV.

III. f. 53—222. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

CXXV.

3199. / U. 506. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 265, in quarto.*

I. f. 1—20. v. P. Virgilii Maronis Bucolica.

II. f. 20. v.—72. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV.

Subscriptio: „*Ihs Maria. Petrus de Spicz.*"

III. f. 73—265. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

Praemittuntur singulis libris Pseudo-Ovidii argumenta. Possessoris, qui etiam librarius, nomen primo folio adscriptum est: „*Iste liber est M. Petri frey de Spicz.*"

CXXVI.

3104. / U. 1102. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 196, in folio.*

I. f. 1—38. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV.

II. f. 39—196. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

Praemissa sunt Pseudo-Ovidii argumenta; in fine talis additur subscriptio:

„*Hic teneat nostras anchora iacta rates.*
„*Ut gaudere solet fessus jam nauta labore,*

„*Desiderata diu littora nota petens,*
„*Haud aliter scriptor optato fine libelli*
„*Exultat uiso, lassus et ipse quidem.*"

CXXVII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 158, in folio. 3171. / U. 1003.

P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

Inscriptio nulla. Argumenta Pseudo-Ovidii in singulorum librorum capite. Subscriptio: „*Hic finitur carmen Eneidum.*" Tandem adiiciuntur notissima illa: „*Nocte pluit tota,*" — „*Hos ego versiculos,*" — „*Pastor,* „*arator, eques*" etc. Aeneidos textui a diversis manibus adspersae sunt glossae marginales et interlineares.

CXXVIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 59, in quarto. 3232. / φ. 330.

I. f. 1—18. P. Virgilii Maronis Bucolica, cum scholiis marginalibus et interlinearibus.

Inscriptio: „*Publii Virgilii Maronis buccolicorum liber in quo* „*teocritum imitatur incipit.*"

II. f. 19—59. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV., cum scholiis marginalibus et interlinearibus.

Inscriptio: „*Publii Virgilii Maronis Georgicorum liber primus* „*in quo Hesiodum imitatur incipit.*"

Subiiciuntur in fine Georgicorum argumenta tetrasticha.

CXXIX.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 233, in folio. 3108. / R. 922.

I. f. 1—158. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII.

Subscriptio: „*M. Brisacher M. Finis Eneidis Vergilii.*"

II. f. 161—173. P. Virgilii Maronis Bucolica.

Inscriptio: „*Sequitur bucolica Virgilii.*"

III. f. 173. v—208. P. Virgilii Maronis Georgicorum Libri IV.

Subscriptio: „*Expliciunt Georgica.*"

IV. f. 208—209. P. Virgilii Maronis Epigrammata.

„*Monte sub hoc lapidum*" etc. — „*Parve culex*" etc. — „*Mantua me* „*genuit*" etc. — „*Nocte pluit tota*" etc. — „*Hos ego versiculos*" etc. —

„Ille ego qui quondam" etc. — Adscriptum est etiam Martial. *Lib. I. epigr. XX.* in Aeliam edentulam.

V. f. 210—219. v. Diversorum Poetarum in Priapum Lusus.

Inscriptio: *„Epigrammata Maronis."* Subscriptio: *„Finis."*

VI. f. 219. v.—220. v. Pseudo-Tibullus ad Priapum de Inguinis Inertia.

Vid. Virgilii *Catalecta cur.* Fr. Lindenbruch. *L. B. 1595. p. 82.* Inscriptio: *„Priapeia Maronis."*

VII. f. 220. v.—221. Pseudo-Virgilii Copa.

Inscriptio: *„Sequitur Copa Maronis."*

VIII. f. 221. Epigramma de Serpente, Venatore et Apro.

Exstat apud Pithoeum *Epigr. vet. p. 157.*

IX. f. 221. Pseudo-Ovidii Praefatio Argumentorum in Virgilium.

Vid. Virgilii *Catalecta edit. cit. p. 143.*

X. f. 221. v.—227. v. Pseudo-Virgilii Culex.

Inscriptio: *„Sequitur Virgilius de culice."*

XI. f. 227. v.—230. Valerii Catonis Dirae.

Inscriptio: *„Sequuntur Dyre Virgilii."*

XII. f. 230. v. D. Ausonius Magnus de Est et Non. Edyll. XVII.

Burm. *Antholog. Libr. V. ep. 139.* Inscriptio: *„Sequitur Virgilius de „Monosyllabis."*

XIII. f. 230 v.—231. D. Ausonius Magnus de Viro Bono. Edyll. XVI.

Burm. *Antholog. Libr. V. ep. 141.* Inscriptio: *„Sequitur Virgi- „lius de institutione boni viri."*

XIV. f. 231—232. D. Ausonii Magni Rosae. Edyll. XIV.

Inscriptio: *„Sequitur Rosa Virgilii."*

XV. f. 232—233. Pseudo-Virgilii Moretum.

Inscriptio: *„Incipit Moretus Virgilii."*

In fronte codicis notatur possessoris nomen: *„1544.* Rudbertus Nivi- „montanus *est possessor hujus libri, datum a* Iacobo Limitanio."

CXXX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. foliorum 29, in folio minore. 134. φ. 126.

I. f. 1—2. Pseudo-Virgilii Moretum.

Inscriptio: „*Incipit Moretum Publii Virgilii Maronis.*"

II. f. 3—29. Macer Floridus de Viribus Herbarum.

Inscriptio: „*Opus Macri physici de naturis herbarum.*"

Capita in codice sunt: 1. Artemisia. 2. Abrotanus. 3. Absynthium. 4. Urtica. 5. Allium. 6. Plantago. 7. Ruta. 8. Apium. 9. Sabina. 10. Porrum. 11. Nepeta. 12. Pulegium. 13. Foeniculum. 14. Lactuca. 15. Rosa. 16. Lilium. 17. Satureia. 18. Thymbra. 19. Salvia. 20. Enula. 21. Hysopum. 22. Lapathum. 23. Lolium. 24. Cicuta. 25. Menta. 26. Coepe. 27. Pastinaca. 28. Serpillum. 29. Cerefolium. 30. Coriandrum. 31. Papaver. 32. Viola. 33. Centauria. 34. Gamandra. 35. Aristolochia. 36. Marubium. 37. Althea. 38. Anetum. 39. Betonica. 40. Anthemium. 41. Acidula. 42. Portulaca. 43. Ligustica. 44. Struction. 45. Nasturtium. 46. Eruca. 47. Buglossa. 48. Brassica. 49. Eruca. 50. Asarum.

Moreti textum M. Hauptius ann. 1834. contulit; Macer lectiones habet praestantissimas, quibus cl. Choulantium uti non potuisse, impense dolemus.

CXXXI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XVI. foliorum 230, in quarto. 3280. φ. 265.

I. f. 1—40. Baptistae Mantuani Secundae Parthenices Libri III. cum epistola nuncupatoria ad Bernardum Bembum. *Opp. edit. Ascens. Paris. 1513. t. I. f. 92. ss.*

Adspersae sunt per totum carmen glossae marginales et interlineares.

II. f. 43—59. Baptistae Mantuani Georgius, cum epistola nuncupatoria ad Io. Iacobum Trivultium. *Opp. edit. cit. t. I. f. 221. ss.*

Accedunt glossae marginales et interlineares.

III. f. 62—89. P. Virgilii Maronis Georgica, cum argumentis et commento marginali.

IV. f. 91—153. P. Virgilii Maronis Aeneidos Liber V.—VIII. cum commento scholastico.

V. f. 154. Incerti de Littera Y. *Burm. Antholog. lat. Libr. V. ep. 140.*

VI. f. 154. D. Ausonius Magnus de Est et Non. Edyll. XVII. *Burm. Antholog. Libr. V. ep. 139.*

VII. f. 155—156. Catalecta Virgiliana: Hortulus, Livor, Fortuna. *Catalect. edit. Ald. 1517. f. 68. ss.*

VIII. f. 158—166. Pseudo-Virgilii Culex.

Inscriptio: „*P. Virgilii Maronis ad Octavium culex.*"

IX. f. 171—204. Dionysius Periegetes de Situ Orbis, Prisciano interprete, cum Commento scholastico.

Inscriptio: „*Cosmographia Dionisii Thessalonicensis per pri-„scianum in orbis situm, regiones, populos, maria, singulas insulas, „flumina et montes de greco in latinum translata.*"

X. f. 205—221. Hymni Ecclesiastici, canendi per circulum anni, cum glossa marginali.

XI. f. 222—230. »Septem Psalmi penitentiales, cum doctrinali expositione et meditationibus christianissimi doctoris Iohannis Gersonis et Magni Augustini compendiaria enarratione incipiunt.«

Volumen totum a ludimagistro Viennensi ineuntis saeculi XV. congestum fuisse videtur.

CXXXII.

72. / S. 9. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 206, formae quadratae.*

M. Servii Honorati Commentarii in Virgilium.

Inscriptio f. 1. v.: „*Incipit expositio Servii Grammatici in Bucolicon et in libris Georgicon atque Aeneidum.*" Subscriptio: „*Commentarium „Servii Grammatici super eneidem virgilii completur deo gracias.*"

Folia 2. 5. 60. 61. 62. a. 66. 67. 68. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 142. 182. 203. 204. 205. 206. a manu recentiori (saec. XIV.), scripta sunt.

Codicis nostri, olim inter bibliothecae episcopalis Tridentinae libros adservati, meminit Gentilottus *Monument. Trident. III. 878.*

CXXXIII.

35. / R. 914. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, complectitur folia 193, in folio.*

M. Servii Honorati Commentarii in Virgilium.

In fine codicis haec legitur subscriptio: „*Eruditissimi viri Mauri ser-„vii grammatici in Eneidorum Publii Virgilii Maronis Mantuani ex-*

„planatio explicit feliciter. Deo gracias. F e r r a r i a e *die sabati VIIII° Ja- „nuarii, intrante dominica, hora VI. noctis M. CCCC. LXVIII. Gloria „magna patri, semper tibi gloria nate, cum sancto spiritu gloria magna „patri."*

Multa ab ipsa prima manu in margine emendata et addita sunt, graeca passim ab alia manu suppleta.

Codex e bibliotheca collegii I e s u i t a r u m V i n d o b o n e n s i u m ad nostram translatus.

CXXXIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV., folio primo 32.
inter varias picturas exhibens scutum cuiusdam principis e regia φ. 16.
domo Aragonio-Neapolitana, constans foliis 319, in folio.

M. Servii Honorati Commentarii in Virgilium.

Codicem S a m b u c u s pretio octo ducatorum cum dimidio N e a p o l i emit.

CXXXV.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 383, in 3139.
folio. U. 1005.

M. Servii Honorati Commentarii in Virgilium.

CXXXVI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 136, in 3137.
folio. U. 1007.

M. Servii Honorati Commentarius in Virgilii Aeneidem.

Subscriptio: *„Explicit liber iste per me* N i c o l a u m d e c o b u r g, *sub „anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, in die „sancti udalrici episcopi."*

CXXXVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 22, 265.
in quarto. φ. 331.

Commentum super Virgilii Aeneidem.

Incipit: *„Arma virumque cano. Sicut bucolica rogatu pollionis annis „tribus, georgica* m e c e n a t i s *annis VII scripsit, ita eneidem rogatu „*a u g u s t i *annis XI, in qua intendit eum laudare a parentibus, incipiens „ab Enea et pervenire volens ad gesta ipsius Augusti."*

CXXXVIII.

202. φ. 201. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 37, in quarto.*

I. f. 1—9. Q. Horatii Flacci de Arte Poëtica Epistola ad Pisones.

Inscriptio: „*Incipit liber poetrie sive ars poetica.*" Subscriptio: „*Explicit* „*liber poetrie.*"

II. f. 9. v.—36. Q. Horatii Flacci Sermonum Libri II.

Desunt *Libri I. Sat. V. VI. VII. et VIII.*, quarta abrumpitur in *versu 108.*, nona incipit cum *versu 41.* Inscriptiones et in libros divisio nulla; subscriptio a manu recentiori: „*Explicit liber oracii de sermonibus.*"

III. f. 36. v.—37. Pseudo-Senecae de Remediis Fortuitorum ad Gallionem Liber.

Inscriptio: „*Lucii Annei Senece ad Gaulionem de remediis* „*infortunii liber incipit.*"

IV. f. 37. r. Versus de septem Plagis Aegypti.

Initium: „*Prima rubens unda, rane tabesque secunda*" etc. Diversi sunt a similis argumenti versiculis, quos nuper e codice parisino protulit Frid. Dübner, ad calcem dissertationis G. F. H. Beck de *Orosii historici fontibus p. 64.*

V. f. 37. v. Versus in laudem cuiusdam Comitis.

Incipiunt: „*Sit vero comiti, sit munifico, sit honesto*
„*Vera salus, digna praemia, summus honor.*"

VI. f. 37. v. Vita Horatii Flacci.

Edita ex ipso hoc nostro codice a Theodoro Pulmanno, eius Horatii editioni *1564. 16°.* praetexta, praetermissis tamen omnibus quae hic de ratione metrorum Horatianorum habentur.

Ceterum Pulmannus ex libro nostro, olim suo, bonum in recensendo poëta fructum percepit.

CXXXIX.

219. R. 2271. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 61, in octavo.*

I. f. 1—8. Q. Horatii Flacci de Arte Poëtica Epistola ad Pisones.

II. f. 9—32. Q. Horatii Flacci Epistolarum Libri II. cum commento scholastico marginali.

Commentarius idem est qui infra in Cod. CXLVI. recurret.

III. f. 33—61. Q. Horatii Flacci Sermonum Libri II, cum glossis marginalibus.

Codex e sublata bibliotheca **Windhagiana** ad palatinam est translatus.

CXL.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 153, in quarto, in fronte Vicecomitum Mediolanensium scutum exhibens. 145. / φ. 141.

I. f. 1—60. Q. Horatii Flacci Odarum Libri IV.

Inscriptio: „*Horatii Flacci Venusini Liber Odarum incipit feliciter.*" Subscriptio et in libros divisio nulla.

II. f. 60—72. Q. Horatii Flacci Epodon Liber.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Oratii Flacci Epodon explicit.*"

III. f. 73—82. Q. Horatii Flacci de Arte Poëtica Epistola ad Pisones.

IV. f. 83—123. v. Q. Horatii Flacci Sermonum Libri II.

Inscriptio: „*Incipiunt sermones.*" Subscriptio: „*Oratii Flacci Venosini sermones expliciunt.*"

V. f. 123 v.—153. Q. Horatii Flacci Epistolarum Libri II.

Inscriptio: „*Epistolae incipiunt.*" Subscriptio: „*Oratii Flacci Venosini epistolae expliciunt 1448. 6. Febr.*"

CXLI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 179, in folio. 3170. / U. 1006.

I. f. 1—64. Q. Horatii Flacci Odarum Libri IV.

II. f. 64. v.—74. Q. Horatii Flacci de Arte Poëtica Epistola ad Pisones.

III. f. 74—89. Q. Horatii Flacci Epodon Liber.

IV. f. 89—119. Q. Horatii Flacci Epistolarum Libri II.

V. f. 119—162. Q. Horatii Flacci Sermonum Libri II.

VI. f. 162—169. Vita Horatii Flacci.

Est eadem, sed interpolata, quam supra e Cod. CXXXVIII. a **Pulmanno** editam fuisse, diximus.

VII. f. 169—179. Bonacursii de Monte Magno Disputatio inter Scipionem et Flaminium de Nobilitate, ad Guidantonium Montisferrati comitem.

Initium huius disputationis supra e Cod. XXXV. dedimus.

CXLII.

3209. / R. 282. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 132, in quarto.*

I. f. 1—77. Q. Horatii Flacci Odarum Libri IV.

II. f. 77—97. Q. Horatii Flacci Epodon Liber.

Subscriptio: „*Finis adest mete, liber explicit ergo valete.*

III. f. 111—130. Plutarchus de Liberorum Educatione, Guarino Veronensi interprete.

Subscriptio: „*Plutarcus Eddit, Guarinus veronensis Con-„vertit. scriptus autem Amen. Andreas Eugubiensis scripsit.*"

IV. f. 132. Epistola ludicra italica.

Incipit: „*Ales regia rapto Ganymedi salutem. Furibundo citheredo non „meno che bellicoso*" *etc.*

Codicem bibliothecae palatinae dono dedit Th. M. Alfani O. P.

CXLIII.

3220* / R. 2105. II. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 46, in quarto.*

I. f. 1—18. Q. Horatii Flacci de Arte Poëtica Epistola ad Pisones.

Inscriptio: „*Auree regule condendorum carminum sive ars poetica Horati „flacci.*" Adspersae sunt plurimae glossae, quas inter et germanicae.

II. f. 19—22. A. Persii Flacci Satyra prima.

Finit cum v. 99. reliquis e codice evulsis.

III. f. 25—28. Francisci Philelphi Epistola ad Sfortiam II. in qua negat duas linguas apud Romanos fuisse, ut Leonardus affirmat.

Est inter Philelphi Epistolas *Libr. IX. ep. 6.*

IV. f. 30. Iacobi Locher Philomusi Oratio ad auditores suos.

Incipit: „*Jacobus Locher Philomusus suis auditoribus s. d. p. „Utinam ille cultum mihi preberet eloquium quem et immitis ora laxasse chimere*" *etc.*

V. f. 30. v.—34. Iacobi Locher Philomusi Epistola ad Ioannem Stainler Augustensem, data Tubingae 6. Id. Sept.

Incipit: „*Jacobus Locher Philomusus Johanni Stainler Augustensi salutem p. d. Serius omnino charissime frater quam tempus con„questionis tuae postulavit, ad te meas dare litteras constitui.*" Inserta sunt huic epistolae carmina, quibus acriter perstringitur quidam Ioannes Lufptich, „*qui cum inepte vitioseque in publico auditorio Morgatium seu „Morganatium diceret, nitebatur contra doctissimorum virorum testimonia „id attentius probare.*"

VI. f. 35 — 39. Nicolai Burtii Parmensis Carmina quaedam.

Insunt I. Vaticinium ad Ioannem Bentivolum, II. Congratulatio ad Hannibalem Bentivolum, III. Carmen ad Antonium Galeaz Bentivolum, et IV. Carmen ad Nicolaum Rangonem; quae omnia cum Burtii *Bononia illustrata Bonon. 1494.* impressa sunt.

VII. f. 40 — 44. Rutgeri Venray Sicambri Carmen sapphicum ad Arnoldum Bostium Carmelitam.

Carmen est in ebrietatis vitium, cuius non meminit Trithemius, *Catal. illustr. vir. germ. f. 66.* ubi Rutgeri scripta recenset.

VIII. f. 45 — 45. Ioannis Sculteti Carmen in Archipotas, quos vulgus Brasser appellat.

Incipit: „*Si rubor ante fuit non festa luce madere,* „*Et decus errantes „non bene ferre pedes*" etc.

CXLIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XVI. foliorum 159 in quarto, literis initialibus splendide pictis. 249. / φ. 214.

Q. Horatii Flacci Poemata omnia.

Foliorum ordo a compactore misere turbatus. Sambucus emit Salerni, pretio quatuor ducatorum.

CXLV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 65, in quarto. 223. / φ. 244.

I. f. 1 — 17. Commentum in Horatii Epistolam de Arte Poëtica ad Pisones.

Incipit: „*Humano capiti et cet. In hoc libro est intentio oracii tractare „de poetica arte, i. e. arte fingendi et componendi, poesis enim grece, „latine dicitur figmentum, unde poete item compositores dicuntur. Facit „autem hunc librum amicis suis patri et filiis, quorum major scriptor erat „comediarum. Ideo istis facit, quia volebant scribere, ut romano populo pla-*

„cerent, et eorum fama tali modo cresceret, et quoniam multi scriptores „reprehendebantur non habentes certam regulam dictandi, rogaverunt „pisones oratium ut certas poetice artis daret preceptiones." etc. etc.

II. f. 18 — 30. Alcuini Disputatio de Dialectica. *Opp. edit. Froben. II. 1. p. 352. ss.*

Inscriptio: *„Incipit disputacio de dialectica et de virtutibus sapientissi- „mi regis Karoli et Albini Magistri sui."* Subscriptio: *„Explicit dis- „putatio de dialectica sapientissimi regis Karoli et Albini Magistri."*

III. f. 31 — 33. Physiologus, sive de Natura Animalium, theotiscus.

Inscriptio: *„Hier begin ih einna reda umbe diu tier, uuaz siu gesliho „bezehinen."* Edidit primum ex ipso hoc codice Hagenius in *Monum. Germ. vet. Wratisl. 1824. 8. p. 50—56.* deinde emendatiorem dedit Hoffmannus Fallerslebensis in *Fundgruben I. p. 17—22.*

IV. f. 34 — 65. Glossarium Librorum Veteris Testamenti.

Incipit: *„Primum inquirendum est omnium librorum tempus, locus, „persona, et quare non XII evangelia reperiantur, nisi quatuor."* etc.

CXLVI.

211. / S. 433. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 10, in quarto.*

Commentum scholasticum in Horatii Epistolarum. Libr. I. ep. 1 —15. 20. et II. 1. 2.

Incipit: *Ultimum fecit Oracius librum epistolarum in quo non egit „derisorie" (sicut) „in sermonibus, neque de amoribus v. ceteris ludicris, „sicut in odis."* etc.

Idem est commentarius quem supra in margine Cod. CXXXIX. ad epistolarum librum II. indicavimus.

CXLVII.

102. / φ. 94. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. nitidissime sed et corruptissime scriptus, literis initialibus pictis et auratis, foliorum 343, in folio.*

I. f. 1 — 54. P. Ovidii Nasonis Epistolae Heroidum.

Inscriptio: *„P. Nasonis Ovidii Aepistolarum liber primus."* Subscriptio: *„P. Ovidii Nasonis epistolarum liber explicit."*

II. f. 55 — 94. P. Ovidii Nasonis Amorum Libri III.

Inscriptio: „*P. Ovidii Nasonis de sine titulo liber primus incipit* „*feliciter.*" Subscriptio: „τελος. *Explicit liber tertius et ultimus de sine titulo.*"

III. f. 95 — 131. P. Ovidii Nasonis de Arte Amandi Libri III.

Inscriptio: „*P. Nasonis Ovidii de arte amandi liber primus.*" Subscriptio: „*De arte amandi liber tertius et ultimus explicit.*"

IV. f. 131. v. — 144. P. Ovidii Nasonis de Remedio Amoris Liber.

Inscriptio: „*P. Nasonis Ovidii de remedio amoris liber incipit.*" Subscriptio: „*P. Nasonis Ovidii de remedio amoris explicit.*"

V. f. 144 — 216. P. Ovidii Nasonis Fastorum Libri VI.

Inscriptio: „*P. Ovidii Nasonis Fastorum liber primus ad Germani*-„*nicum privignum Augusti.*" Subscriptio: „*P. Ovidii Nasonis liber* „*sextus et ultimus Fastorum explicit feliciter.*"

VI. f. 217 — 272. P. Ovidii Nasonis Tristium Libri V.

Inscriptio: „*P. Nasonis Ovidii de Tristibus.*" Subscriptio: „*De* „*tristibus explicit liber quintus et ultimus.*"

VII. f. 273 — 327. P. Ovidii Nasonis Epistolarum de Ponto Libri IV.

Inscriptio: „*P. Nasonis Ovidii Poete clarissimi de Ponto.*" Subscriptio: „*Explicit de Ponto.*"

VIII. f. 327. v. — 337. v. P. Ovidii Nasonis Ibis.

Inscriptio: „*P. Nasonis Ovidii in Hybidem.*" Subscriptio: „*Ovidii* „*in hibidem explicit libellus.*"

IX. f. 337. v. — 339. P. Ovidii Nasonis de Medicamine Faciei Libellus.

Inscriptio: „*P. Ovidii Nasonis de facie fucanda et decoranda.*"

X. f. 339 — 339. Pseudo - Ovidii Elegia de Pulice.

Inscriptio: „*P. Ovidii Nasonis de pulice opusculum incipit, quan*-„*quam non putatur a quibusdam Ovidii opus.*"

XI. f. 339 — 341. v. Pseudo - Ovidii s. Albi Ovidii Iuventini Elegia de Philomela.

Inscriptio: „*Ovidii de Philomela liber incipit, aliqui tamen putant* „*non ex ejus officina librum hunc emanasse.*"

XII. f. 341 — 343. v. Pseudo - Ovidii Elegia de Nuce.

Inscriptio: „*de Nuce.*" Subscriptio: „*P. Nasonis Ovidii de nuce explicit.*"

CXLVIII.

 Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 259, in folio.

I. f. 1—44. P. Ovidii Nasonis de Arte Amandi Libri III, cum glossis interlinearibus.

Inscriptio: „*Publii Ovidii Nasonis sulmonensis poete de arte aman-„di liber primus incipit fauste.*"

Subscriptio: „*Imposui extremam manum die lune post festum Elisabet 1491.*"

II. f. 44. v. — 61. P. Ovidii Nasonis de Remedio Amoris Libri II, cum glossis interlinearibus.

Inscriptio: „*Publii Nasonis Ovidii de remedio amoris primus in-„cipit foeliciter.*"

Subscriptio: „*Et in hoc clauditur hic liber scriptus a Johanne „Spieszhamer anno Xp̃i. M^{0}. CCCC^{0}. LXXXXI.*"

III. f. 62 — 66. Pauli Marsi Piscinatis Genethliacon Urbis Romae.

Inscriptio: „*Pauli Marsi Piscinatis poete interpretis fastorum ovidii „et odarum horatii, descriptio et historica origo urbis romane a prime-„vis conditoribus incipit.*" Initium:

„*Roma genethliacam tibi nunc libamus ad aram,*
„*Candida lux orta est, qua primum jacta parentis*
„*Fundamenta tibi: totum passura per orbem*
„*Brachia, caput admotura Tonanti.*"

Finit:

„*Et regem obtruncant, et celsa Romulus arce*
„*Vi potitur, prolesque omnis deletur Amuli.*"
„*Hactenus de Romulo.*"

Videtur carminis maioris particula, cuius meminit L. Gyraldus *de poet. suor. temp. dialog. I. Opp. edit. L. B. 1696. tom. II. p. 584.*

IV. f. 67 — 83. Iacobi Boni Epidaurii Dalmatae de Raptu Cerberi Libri III.

Praemittitur dedicatio ad: „*Oliverium Caraffam Cardinalem Nea-„politanum Episcopum Sabinensem, protectorem Ragusinum*" et subiicitur „*Philippi Beroaldi hexastishon ad auctorem,*" plane ut in editione huius carminis *sine l. et a. 4^{0}. (Romae, Steph. Planck) impressa.*

V. f. 84 — 118. Iulii Hygini Poeticon Astronomicon.

Cuspiniani manu ex editione *Venet. 1485.* uti videtur descriptum,

subiicitur enim: „*Jacobi Sentini Riccinensis ad lectores carmen*" quod etiam in calce editionis citatae habetur, et figurae signorum celestium rudi calamo delineatae, ibidem expressas referunt. Additur anni nota: „*In vigilia* „*nativitatis anno salutifere incarnationis 1491. hora 10.*"

VI. f. 119—207. P. Ovidii Nasonis Fastorum Libri VI. cum glossis interlinearibus.

VII. f. 208—213. P. Ovidii Nasonis Epistola Sapphus ad Phaonem, Heroidum XV.

VIII. f. 214—259. M. Petri Boponis Carmina varia.

Codex maxima sui parte a Cuspiniano scriptus, Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis munificentia bibliothecae universitatis accessit.

CXLIX.

Fragmentum codicis manuscripti membranacei saeculi XIV. exeuntis, foliorum 2, in quarto. 274. / S. n.

P. Ovidii Nasonis de Remedio Amoris v. 69—136 et v. 680—745.

Lacinias hasce meo aere a nonnemine comparatas, bibliothecae palatinae dono dedi.

CL.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 50, in quarto. 306. / R. 586.

I. f. 1—27. P. Ovidii Nasonis Epistolae Heroidum.

II. f. 27—50. P. Ovidii Nasonis Epistolarum de Ponto Libri IV.

CLI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, foliorum 76, in quarto. 210. / φ. 203.

I. f. 1—72. P. Ovidii Nasonis Epistolae Heroidum, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Subscriptio: „*Explicit Ovidius Heroidum.*"
„*Mille quadringentis domini labentibus annis*
„*Quatuor atque decem junctis simul, aspera phebus*
„*Torreret cum terga fere, quam clava superbi*
„*Herculis oppressit, Lune generatus in altis*
„*Collibus hunc scripsit Nasonis pollice librum,*
„*Petrus in umbrosis pertentans carmina silvis.*"

II. f. 73—76. Petri de Lunesana Complanctus Phaedrae de recessu Hippolythi.

Inscriptio: „*Complanctus fedre de recessu ypoliti fugientis ad silvas.*" Incipit:

„*Eumenidum metuenda cohors nunc rumpite flentis*
„*Stamina, ne pectus torqueat iste dolor.*
„*In me ferte faces, in me convertite tela,*
„*Ut latebras adeat spiritus inde fugax.*" etc.

Subscriptio: „*Hanc fedre conquestionem de recessu Ypoliti fugientis „ad silvas ne sibi immondissime complaceret ob assiduam infestationem, „composuit Petrus de Lunesana ad sui contemplationem, Anno do-„mini MCCCCXIIII⁰ ipso residente in domo nobilis et circumspecti viri „Mathei de Canetulo.*"

CLII.

3165. Nov. 541. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 88, in folio.*

P. Ovidii Nasonis Epistolae Heroidum.

Scriptus perhibetur liber manu Ladislai de Boskowitz, cuius nomen ad calcem habetur.

Adligatus est: *Calderini in Juvenalem commentarius. Romae, 1474.* impressus.

Pertinuit olim ad bibliothecam ecclesiae b. Virginis Tribovienis in Moravia, emtus a. 1831. florenis 15.

CLIII.

3117. S. 10. b. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 78, in folio.*

I. f. 1—61. P. Ovidii Nasonis Epistolae Heroidum.

Deest epistola Sapphus ad Phaonem et Cydippes ad Acontium, cuius nonnisi priora sex disticha habentur. Cfr. Burm. *ad Heroid. XXI. tom. I. p. 306.* Praemittuntur singulis epistolis argumenta metrica, satis insulsa. Speciminis loco sint argumentum:

Ep. II. „*Demophoonta rogat veniat queritur quoque phillis,*
„*Quam quia stulte amat dixit vult carpere Naso.*"

Ep. IV. „*Ypolitum phedra rogat ut pociatur amante,*
„*Dampnat Naso per hanc incestas puellas.*"

II. f. 62—78. P. Virgilii Maronis Georgicorum Liber I et II.

Liber II. cui Pseudo-Ovidii argumentum tetrastichum praemittitur, abrumpitur v. 361.

CLIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 59, in octavo. 258. / U. 508.

P. Ovidii Nasonis Fastorum Libri VI.

Ioannes Faber episcopus Vindobonensis bibliothecae universitatis dedit.

CLV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 111, in quarto. 149. / R. 281.

I. f. 1—108. P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV.

Inscriptio nulla. Subscriptio, praemissis versiculis: „*Orba parente* „*suo*" etc. talis est:

„*Bis sex millenos versus hoc codice scriptos,*
„*Sed ter quinque minus continet Ovidius.*"

II. f. 108. v.—111. Lactantii Placidi Abbreviatio Fabularum Ovidii.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Opus Metamorphoseos explicit.*"

CLVI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 105, in quarto minori. 207. / φ. 202.

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Liber II.—XIV.

Initio misere lacer incipit a *libri II. v. 64.* In fine talis est subscriptio: „*Hic liber est scriptus, qui scripsit sit benedictus.*" Subiicitur deinde a manu paullo recentiori vulgatum illud: „*Bis sex millenos versus*" etc.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

CLVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 120, in octavo oblongo. 175. / φ. 174.

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Esplicit O. Metamorphoseos. Hoc scripsit* „*thomasius.*"

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

CLVIII.

127. — φ. 95. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. literis initialibus pictis, foliorum 202, in folio.*

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV.

Praemisso argumento rudi et scholastico inscriptio: „*Incipit liber Ovidii Metamorphoseos.*" Subscriptio: „*Bis sex millenos*" etc. „*Ad metamorphoseos explicit liber Ovidii.*" Subduntur deinde illi versus e Trist. I. 6. „*Orba parente suo*" etc.

CLIX.

178. — S. 8. d. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, foliorum 261, in folio.*

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV.

Praemittitur fabularum index, et Ovidii vita barbari auctoris, quae incipit: „*In principio hujus libri sicut in aliis quinque nobis occurrunt specialiter inquirenda*" etc.

CLX.

8. — φ. 10. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pulcherrime auro coloribusque distinctis; arma principis cuiusdam e regia domo Aragoniae in fronte exhibens, foliorum 207, in folio.*

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV.

Ad calcem habetur librarii nomen, quod a nonnemine abrasum non sine difficultate legitur: „*Joann. Rainaldus exscripsit.*" Est Ioannes Rainaldus Mennius, a quo simili artificio sumtibus Ioannis Cardinalis de Aragonia anno 1487. exaratum Strabonis codicem, servamus.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

CLXI.

319. — R. 655. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 81, in duodecimo.*

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Liber I.—VII.

Thomas M. Alfani, Ordinis Praedicatorum anno 1721. bibliothecae palatinae dono dedit.

CLXII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 182, in folio. 8145. / U. 1008.

I. f. 1—176 P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV.

Subscriptio: „*Hic capiunt finem romani carmina vatis,*
„*Qui studio micuit, corpore dum viguit.*"
„*Bis sex millenos*" etc.
„*Orba parente suo*" etc.
„*Victrix Roma dole quarto viduata leone,*"
„*De reliquis talem non habitura parem.*"

II. f. 177—182. Lactantii Placidi Abbreviatio Fabularum Ovidii.

Inscriptio: „*Prohemium summe memorialium totius Ovidii Metamorpho-*
„*seos hic incipit feliciter.*"

Subiungitur: „*Tabula ad inveniendum in quo libro sit quaeque fabula*
„*in Ovidio contenta.*"

CLXIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 172, in folio. 8173. / R. 510.

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Liber II.—XV.

Initio mutilus incipit cum *Libri II. v. 44.*

CLXIV.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. ineuntis, foliorum 257, in folio. 8132. / Ş. 1. d.

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV.

Epilogum Metamorphoseon excipiunt versiculi illi: „*orba parente suo,*" etc. et variae inscriptiones, nempe:

„*Versus millenos bis sex in codice scriptos*
„*Sed ter quinque minus continet Ovidius.*
„*Hic capiunt finem romani carmina vatis,*
„*Qui studio micuit, corpore dum viguit.*"
Sit laus et gloria Christo ac ejus genetrici gloriosae Amen."
„*Finito libro referamus gratias Christo.*"

„*Ego Laurentius filius domini Antonii de Castro complevi*
„*hunc librum nomine Ovidius per manus meimet. Anno domini M°. CCCC°.*
„*26°. die Jovis quinto mensis Septembris, de quo quidem gratias ago xp̄o*

„domino nostro ac ejus genitrici Mariae et omnibus sanctis. Amen. Deo „gratias. Amen. Explicit liber Ovidii majoris. Amen.

„Qui scripsit scribat, semper cum domino vivat.

„Vivat in celis Laurentius nomine felix. Amen. Yhs."

Thecae a manu paullo recentiori addita est: *„Tabula super Ovidium Me-„tamorphoseos, ad inveniendum in quoto libro sit quaeque fabula in eo „contenta, secundum ordinem alfabeti,*" quae tamen tabula non ultra litteram E continuatur.

Folio primo adpictum est scutum aureum, tres albas columbas in campo nigro gradientes exhibens, tali addita nota: *„Ista sunt arma quondam Re-„verendi patris Heinrici de Metis, olim Episcopi Tridentinii „tempore Imperatoris Heinrici septimi Lucemburgensis ejus Cancella-„rii, prius Abbatis Cisterciensis Wilhariensis Treverensis dyoecesis, qu„cepit anno domini M° CCC° XIIII° et vixit usque ad annos domini M° CCC° „XXXVI. ut habetur in libro statutorum synodalium sui temporis, et est „sepultus in abside dextra S. Virgilii.*"

Eadem manus posito ad vocem Abbatis asterisco ita continuat: *„propter „quod in literis suis semper se appellavit Frater Heinricus, de cujus „familia adhuc exstant nonnulli, qui ferunt hoc insigne.*"

Et porro: *„Iste liber Ovidii Metamorphoseos fuit pignoratus apud „Judaeos Tridenti, et infra triennium, post eorundem Judaeorum ne-„cem, mediante Justitia eis illatam, propter occisionem innocentis pueri „minime redemptus, et sic fuit confiscatus unacum aliis libris et bonis mo-„bilibus, pervenit ad manus nostras, quem reponi jussimus in archivis biblio-„thecae nostrae. 1478. Johannes Antistes Tridentinus.*"

A manu parum recentiori additur: *„Et debuit fuisse Nicolai Mir-„cha . . . . haeredis quondam Heinrici Krumphals, qui traditur „fuisse haeres et nepos v. pronepos ejusdem domini Episcopi, in abside „ecclesiae nostrae kathedralis, ad dextram ingredientibus ecclesiam sepulti.*"

Codicis nostri ineunte saeculo XV. in usum unius ex haeredibus Heinrici de Metis episcopi Tridentini (anno 1310. electi, anno 1314. inaugurati) scripti, et post Iudaeorum, ob suspicionem occisi Simeonis pueri, ex urbe Tridentina exterminationem, a Ioanne IV, cognomento ab Hinderbach bibliothecae episcopali illati, meminit Gentilottus *Monument. Trident. p. 377.* Henrici de Metis scutum gentilitium e codice nostro expressum est apud Ughellium *Ital. sacr. tom. VI col. 628.* De Henrici haeredibus nihil memoriae proditum invenio; praeterquam quod frater eius „Dominus Nicolaus de Miles" (lege *Metis*) in episcopi sepulchrum depositus, anno 1317. fuerit capitaneus Tridentinus. Theca obsita est notulis rabbinicis, libri titulum pretiumque indicantibus. Coniecturae locus esse potest codicem e „vetusto et membranaceo" Metamorphoseon libro, qui teste eodem Gentilotto *(l. c. p. 391.)* Tridenti servabatur, fuisse transcriptum.

CLXV.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. diversarum manuum, foliorum 335, in folio minori. 2882. R. 410.

I. f. 1—312. P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri XV.

Inscriptiones et subscriptiones nullae. Liber XV. in vers. 714. abrumpitur.

II. f. 321—335. A. Persii Flacci Satyrae.

Praemittuntur: „*Argumentum in opus Persii.*"

„*Corrigit in prima laudantes molle poema,*"
„*Perversos mores ac impia vota secunda,*"
„*Molles et pigros satirarum tercia mordet.*"
„*Corrigit in quarta iuvenem satis ambiciosum,*"
„*Libertate opus est ex quinta philosophanti.*"
„*Quod misere vivant per sextam rodit avaros.*"

„*Epitaphium Adę* W. *Temarensis Pali Flacci Persii Poetę.*"

„*Ille ego qui in satiris non ultimus esse poeta*"
„*Dicor, et obscurum composuisse librum,*"
„*Ex Flacco gravida me peperit Fulvia mater,*"
„*Tu mihi Cornute docte magister eras.*"
„*Quatuor in studio nec adhuc ego lustra peregi,*"
„*Quumque opus haud facile fingere musa dedit,*"
„*Ante expectatum Lachesis me pressit acerbo*"
„*Funere, dic Persi lector amice Vale.*"

CLXVI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 132, in folio. 54. φ. 60.

I. f. 1—32. Incerti Auctoris Epitome Architecturae Vitruvii.

De hac epitome a Postello *Paris. apud Vascosanum, 1540, 4°.* primum edita, cfr. Poleni *Exercit. Vitruv. p. 171—175.*

II. f. 33—132. M. Vitruvii Pollionis de Architectura Libri X.

Inscriptiones v. subscriptiones per totum codicem nullae. Arma gentilitia possessoris folio 1. adpicta, a fure deleta sunt.

CLXVII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 100, in folio. 3113. Ph. 103.

M. Vitruvii Pollionis de Architectura Libri X.

Inscriptio: „*Vitruvii de Architectura Liber I.*" Subscriptio: „*1478.* „*Explicit liber decimus Vitruvii foeliciter. Laus deo.*"

CLXVIII.

3128. φ. 127. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XVI. foliorum 87, in folio.*

M. Manilii Astronomicon.

In fronte codicis legitur: „*Hunc librum Jo. Hornburg domino Jo-„hanni Vaegelin Mathematico dono dedit Viennae. 19. Marcii 1528.*"

CLXIX.

196. H. p. 610. 622. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 42, in quarto.*

Valerii Maximi Dictorum Factorumque memorabilium Lib. I—IV.

Praemittitur elenchus capitum omnium novem librorum.

CLXX.

88. S. 3. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 100, in folio.*

Valerii Maximi Dictorum Factorumque memorabilium Libri IX.

Inscriptio: „*Valerii Maximi factorum dictorumque memorabilium „ad Tiberium gracum liber primus incipit.*" Subscriptio: „*Explicit „liber unus Valerii maximi dictorum factorumve memorabilium ad T. „gracum, scriptus et expletus M. CCC. LXXXXVII.*"

In involucri folio posteriore haec leguntur: „*Egregius legum doctor, D. „Gilfredus philiberius de cabalis de ferraria hunc Vale-„rium emit a M. Leonardo de cigottis, cive tergestino, ducatis „quinque auri boni et justi ponderis, interpretatione domini Francisci „de Monte gibio, rectoris scholarum sub MCCCCLIIII^{to} indictione II^{da}, „die XX. mensis Junii, postea ego Joannes de Basalio civis terge-„stinus praedictum Valerium emi a dicto domino Gilfredo pretio „ducatorum quinque auri, sub dictis millesimo et indictione, die vero 28. „mensis predicti.*"

Accessit nobis cum bibliothecae episcopalis Tridentinae libris.

CLXXI.

126. H. p. 597. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 151, in folio.*

I. f. 1—150. Valerii Maximi Dictorum Factorumque memorabilium Libri IX, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Inscriptio: „*Valerii Maximi dictorum ac factorum domesticorum* „*exterarumque gentium ad Tiberium cesarem liber primus incipit.*" Subscriptio: „*Valerii Maximi dictorum et factorum memorabilium* „*domesticorum exterarumque gentium nonus et ultimus liber ad Tiberium* „*Cesarem explicit. Optimo yhu xpo eterno dei filio scriptor ego gra-* „*cias ago, agam quamdiu vixero.*"

II. f. 150—151. Iulii Paridis Epitome de Nominibus Romanorum.

Inscriptio: „*Incipit decimus liber de nominibus, praenominibusque,* „*cognominibus, agnominibus.*" Subscriptio: „*Explicit decimus liber Va-* „*lerii Maximi abbreviatus per Jullium Paridem ejusdem abbrevia-* „*torem, unde deo trino et uni referantur laus et gracie. Amen.*" Cfr. Fabric. *Biblioth. lat. ed.* Ernest. *II. 61.* et vid. Ang. Maii *Vett. Script. Collect. tom. III. p. 92.*

Codex olim Ioannis Sambuci.

CLXXII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 128, in folio. 103. H. p. 186.

Valerii Maximi Dictorum Factorumque memorabilium Libri IX.

Inscriptio: „*Romani Consulis ac viri disertissimi Valerii Maximi* „*factorum dictorumque memorabilium ad Tiberium cesarem liber pri-* „*mus incipit.*" Subscriptio: „*Valerii maximi factorum dictorumque* „*memorabilium ad Tiberium cesarem liber decimus et ultimus explicit.* „*Deo gratias.*"

Io. Sambucus hunc codicem a. 1572. Richardo Strein dono dedit.

CLXXIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 252, in folio. 3098. U. 834.

I. f. 1—243 v. Valerii Maximi Dictorum Factorumque memorabilium Libri IX. cum glossis marginalibus.

Inscriptio: „*Incipit feliciter liber Valerii maximi dictorum memo-* „*rabilium domesticorum exterarumque gencium ad Tiberium cesa-* „*rem.*" Subscriptio: „*Valerius Maximus dictorum factorumque me-* „*morabilium domesticorum exterarumque gencium explicit in nono libro.* „*Cum xpi redempcionis nostri quem o utinam tu valerii nouisses v. in* „*sua tempora incidisses v. ipse tuis foret natus temporibus. Incipiamus* „*Valerii decimum, uale apud inferos Illustris et egregie Romane miles et* „*tuus valeri.*"

II. f. 243—245. Iulii Paridis Epitome de Nominibus Romanorum.

Inscriptio: *„Incipit liber decimus de prenominibus cognominibus et agno-„minibus.“* Subscriptio: *„Explicit decimus liber Valerii Maximi „abreviatus per Julium paridem, de quo ago trinitati diuine laudes in-„finitas et matri gloriose virgini marie dignissime.“*

III. f. 245. v.—251. Pseudo-Valerii de non ducenda Uxore ad Rufinum Epistola.

Inscriptio: *„Incipit epistola Valerii Maximi ad Ruffinum.“* Exstat inter St. Hieronymi spuria *Opp. edit. Vallars. tom. XI. col. 240. ss.*

CLXXIV.

3096.
U. 835.
Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 168, in folio.

I. f. 1—162. Valerii Maximi Dictorum Factorumque memorabilium Libri IX, cum glossis marginalibus.

II. f. 162. v.—163. v. Iulii Paridis Epitome de Nominibus Romanorum.

III. f. 164—168. Pseudo-Valerii de non ducenda Uxore ad Rufinum Epistola.

Inscriptiones et subscriptiones per totum librum plane eaedem, quae in praecedenti codice habentur, cuius hic apographum esse videtur.

CLXXV.

3131.
U. 836.
Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 220, in folio.

Valerii Maximi Dictorum Factorumque memorabilium Libri IX, cum commentario M. Benvenuti de Rambaldis Imolensis, ad Marchionem Estensem.

Inscriptio textus: *„Valerii Maximi factorum et dictorum memora-„bilium Romanorum liber primus incipit.“* Inscriptio commentarii: *„Expo-„sitio magistri Benvenuti de Ymola.“* Initium: *„Poscis clarissime mar-„chio memorandarum avidus rerum alta mente, ut Valerii Maximi „maxima cum brevitate compendium exponendum assumam, brevia dila-„tans, obscura declarans lucido cum sermone, arduum opus fateor per „ora multorum volitans, sed a plerisque ignoratum; parebo tamen libens, „ut et tibi placeam et aliorum satisfaciam voto.“* etc.

Subscriptio: *„Explicit expositio super Valerio Maximo secundum „Magistrum benvenutum de Ymola. Scriptum per me Conradum „Storck clericum Spirensis dyocesis, et finitum anno domini M. CCCC°. „XXIX. die secunda Aprilis, hora duodecima. Deo Gracias."*

CLXXVI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 222, in folio. 3142. / U. 837.

Valerii Maximi Dictorum Factorumque memorabilium Libri IX, cum commentario Magistri Benvenuti de Rambaldis Imolensis, ad Marchionem Estensem.

Praecedentis Codicis apographum esse videtur.

CLXXVII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 229, in folio. 3133. / R. 3014.

Fr. Dionysii de Burgo Ordinis Eremitarum St. Augustini Expositio in Valerium Maximum.

Inscriptio: *„Incipit epistôla super declaratione Valerii Maximi „edita a fratre Dyonisio de Burgo sancti Sepulchri Ordinis fra„trum heremitarum Sancti Augustini sacre Theologie dignissimo Magistro."*

Prooemii particulas damus: *„Reverendo in xp̄o patri . . . . dn̄o Jo„hanni de Columpna . . . . Sci. Angeli dyacono Cardinali, frater „Dyonisius de Burgo . . . librum Valerii Maximi . . . . decla„randum assumpsi ùt legentibus clarum fiat, quod difficile primum appare„bat, hoc autem nullatenus facere potuissem nisi gesta Romanorum ac „alienigenarum per antiquos auctores narrata . . . . consuluissem . . . . „Sunt autem predicti auctores quos necessario oportuit intueri: Titus „Livius principaliter, et egregii doctores: Augustinus, Gregorius, „Ambrosius, et Jeronimus, quorum dicta, maxime Augustini „libro de civitate dei, et Jeronimi in Cronicis et Epistolis fuerunt plerum„que necessaria, quanquam et de Biblia et a Magistro hystoria„rum, ac etiam de decreto et de Johanne Crisostomo aliqua pro „majori declaratione propôsiti sunt accepta. Preterea hic ir · ·rta accepta „sunt: de Hugone libro de sacramentis, de Isidoro ·ro Ethymolo„giarum, de Papia, de Hugwicione, de Prisciano, de Josepho „libro hystoriarum antiquarum, de Orosio, de Lactantio, de Ma„crobio libro de sompnis Scipionis, de Policrato* (sic), *de Sueto„nio, de Boecio, de Sedulio, de Cassiodoro libri variarum, „de Seneca, de Tullio, de Platone, de Aristotile, de Averroy,*

„*de Avicenna libro naturalium, de Varrone, de Juvenali, de* „*Vegecio, de Solino, de Plinio, de Frontino philosopho, de* „*Rethorica Grilli, de Conputo, de Fabio hystorico, de Salu-* „*stio, de Paulo Longobardorum hystoriographo, de Justino, et de* „*Julio Florio. Fuit autem necessarium poetas inspicere scilicet: Vir-* „*gilium, Lucanum, Oracium, Persium, Ovidium, Juvena-* „*lem, Eustrachium venusinum, qui sub nomine poete introducitur,* „*et plautus italie nominatur, Julium cesarem et ejus poetam* „*Statium, et Alexandri hystoriam tam metrice quam prosaice scrip-* „*tam. Insuper oportuit cronicas intueri, videlicet cronicam Helmondi,* „*cronicam Atheniensium, hyspanorum et gallorum, ac etiam* „*annalia Romanorum, quorum auctor non habetur, et cronicam Petri* „*Viterbiensis que Pantheon apellatur, ac plures alios rerum gestarum* „*et particularium narratores.*" etc. etc.

Subscriptio: „*Explicit liber nonus et ultimus Maximi Valerii et* „*ejus expositio edita a fratre Dyonisio de Burgo ordinis fratrum here-* „*mitarum sci. Augustini sacre Theologie magistro. Deo sit graciarum actio.*"

Pertinuit olim ad monasterium St. Dorotheae Vindobonae. In theca legitur: „*Hunc librum testatus est monasterio sancte dorotheae dominus Andreas fundator ejusdem monasterii devotus.*"

CLXXVIII.

3119. R. 1996. a. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 263, in folio.*

I. f. 1—104. Valerii Maximi Dictorum Factorumque memorabilium Libri, compendio dati et expositi.

Initium: „*Urbis Rome exterarumque gencium facta simul ac dicta memoratu digna, sciendum est quod hic ponentur notabiliora de Valerio* „*Maximo, et stilo facili et pene omnia digna memoratu que in libro suo* „*posuit, quem ut dicit in prohemio tempore Tiberii Cesaris ad edi-* „*ficationem morum composuit.*" etc.

Subscriptio: „*Summe Valerii Maximi virtuosi pagani. Absque* „*labore gravi vix premia magna dabuntur.*"

II. f. 105—143. Hugonis de Novo Castro Ordinis Minorum de Victoria Christi adversus Antichristum Tractatus.

Inscriptio: „*Incipit tractatus de victoria xpi contra antixpm Magistri* „*Hugonis de Novo Castro sacre theologie doctoris de ordine fratrum* „*minorum.*" Opusculum *Parisiis a. 1471, in fol.* impressum.

III. f. 145—173. Excerpta e Petri Berchorii Pictaviensis Repertorio morali.

Inscriptio: „*Ista que secuntur sunt excerpta de diccionario sive de re-„pertorio morali Magistri* p e t r i *de* P i c t a v i a."

IV. f. 172. v. — 263. Excerpta e Petri Berchorii Pictaviensis Reductorio morali.

Inscriptio: „*Istaque secuntur sunt excerpta de reductorio morali Magistri* „P e t r i B e r t h o r i i *de* P i c t a v i a."

De P e t r i B e r c h o r i i s. B e r c t o r i i operibus eorumque editionibus conf. M a n s i ad *Fabric. Biblioth. med. et infim. lat. Vol. V. p. 245.*

Codex olim C a r t h u s i e n s i u m prope P r a g a m.

CLXXIX.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 256, in folio. 3140. / R. 3082.

Valerii Maximi Dictorum Factorumque memorabilium Libri IX. latine et theotisce interprete Henrico de Müglin.

Plura huius interpretationis exempla, quibus textus latinus adscriptus non est, inter Codices theotiscos habemus.

CLXXX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. exeuntis, literis initialibus pictis et auratis, foliorum 146, in folio. 86. / R. 2110.

Aurelii Cornelii Celsi de Re Medica Libri VIII.

Inscriptio: „*Liber sextus artium* A u r e l i i C o r n e l i i C e l s i, *Medi-„cinae vero liber primus incipit feliciter.*" Subscriptio: „A u r e l i i C o r-„n e l i i C e l s i *liber octavus explicit feliciter.*"

Singulis libris praemittitur capitum elenchus.

CLXXXI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII., foliorum 77, in quarto. 194. / φ. 196.

M. Annaei Lucani Pharsaliorum Libri X, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Inscriptio: „M a r c i i A g n e i L u c a n i *Liber primus incipit.*"

Pertinuit olim ad T h e o d o r u m P u l m a n n u m, qui eum in sua lectionum variarum sylloge „*veteris sui,*" nomine citat, pervenitque ex illius dono anno 1563. ad I o a n n e m S a m b u c u m. Cortio est *C a e s a r e u s III.* Cfr. C. F r. W e b e r i, praefationem volumini III. editionis P h a r s a l i o r u m *Lipsiae 1831.* praemissam, p. XXIV.

CLXXXII.

264. / φ. 329. *Codex manuscriptus membranaceus, saeculi XII. foliorum 81, in quarto.*

I. f. 1—81. M. Annaei Lucani Pharsaliorum Libri X.

Inscriptio nulla, eius loco notissimum illud: „*Corduba me genuit*" etc. Subscriptio: „*Explicit liber Lucani poete.*"

Inter folia 60 et 61. excidit unus quaternio, qui Libr. *VIII. v. 765.* — *VIII. v. 703.* continebat.

II. f. 81. Fragmentum Grammaticum de Generibus Nominum.

Incipit: „*Omnis nominativus singularis desinens in a est generis feminini, preter propria nomina virorum, ut catelina.*" etc.

CLXXXIII.

137. / R. 943. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII, foliorum 96, in octavo oblongo.*

M. Annaei Lucani Pharsaliorum Libri X.

In fine mancus et adustus desinit in Libri X. v. 495. Habet in margine hinc inde glossulas.

Fuit olim collegii Iesuitarum Vindobonensium.

CLXXXIV.

308. / φ. 446. *Codex manuscriptus membranaceus, partim saeculo XII. partim XIII. exeunte scriptus, foliorum 176, in octavo.*

I. f. 1—110. Saec. XIII. M. Annaei Lucani Pharsaliorum Libri X.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit Lucanus.*"

II. f. 113—176. Saec. XII. P. Ovidii Nasonis Fastorum Libri I—V. v. 531.

Codicem hunc e bibliotheca Henrici Rantzovii Pragam delatum, cl. Franc. Car. Alter ibidem a se in domo professa Iesuitarum repertum, bibliothecae palatinae dono dedit.

CLXXXV.

26. / φ. 15. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. exeuntis, literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 111, in folio.*

M. Annaei Lucani Pharsaliorum Libri X.

Adspersae sunt passim ab alia saeculi XIV. manu glossae tum marginales, tum interlineares, item lectiones variae. Praefigitur illud: „*Corduba me* „*genuit.*" etc.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit liber lucani. Deo gracias.* „*Amen.*"

Pertinuit Codex anno 1630 ad Franciscum Ferri clericum Venetum, qui nomen et arma gentis suae hinc inde adlevit, praeterea Lucani vitam e Petro Crinito fol. 1. adscripsit.

CLXXXVI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 95, in folio. 100. / S. 3. d.

M. Annaei Lucani Pharsaliorum Libri X.

Praefigitur illud: „*Corduba me genuit.*" etc. Subscriptio: „*Explicit liber* „*Lucani. deo gracias. Amen. Millesimo CCC. XXX. VIIII. hoc opus* „*factum fuit per martinum de Triesto in scolis magistri Bonaven-* „*ture scriptoris de Verona.*"

„*Dextera scriptoris careat gravitate doloris.*"
„*Detur pro penna scriptori pulcra puella.*"

Adspersae sunt glossulae marginales et interlineares.

Fuit olim bibliothecae archiepiscopalis Salisburgensis.

CLXXXVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 111, in quarto. 268. / φ. 288.

M. Annaei Lucani Pharsaliorum Libri X.

Inscriptionis loco: „*Corduba me genuit.*" etc. Subscriptio: „*Explicit* „*Lucanus.*" Prioribus libris adscriptae sunt glossae marginales et interlineares. In fine a prima manu subtexitur carminis argumentum, cuius initium tale est: „*Mario a silla interfecto post tempore non longo fuit rome facta* „*electio trium dictatorum.*" etc.

CLXXXVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 136, in folio. 46. / φ. 31.

M. Annaei Lucani Pharsaliorum Libri X.

Praemittitur illud: „*Corduba me genuit.*" etc. Inscriptio: „*Incipit liber* „*primus Lucani Cordubensis.*" Ad calcem absque ulla inscriptione Martialis in natalem Lucani epigramma: „*Haec est illa dies.*" etc.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

Nostris Lucani codicibus: CLXXXI. (No. 3), CLXXXII. (No. 5), CLXXXV. (No. 1), CLXXXVII. (No. 4) et CLXXXVIII. (No. 2), quos anno 1724. Ernest. Henric. de König contulerat, usus est in sua editione Cortius. Codices CLXXXIII. (VIF. Saec. XIII. certe non antiquior.), CLXXXIV. (VID.), CLXXXVI. (VIE.), a Webero, cuius *praefat. cit. p. XLIII.* confer, inspecti fuerunt. De antiquissimi Pharsaliorum codicis fragmentis palimpsestis infra dicetur.

CLXXXIX.

130. φ. 130. *Codex manuscriptus membranaceus, e binis, saeculi XI. et XIII. consutus, foliorum 206, in quarto.*

I. f. 1—77. Saec. XI. Arnulphi Aurelianensis Glossae in Lucanum.

Initium: „*Prius querendum de quibus quis sit, quam quid ipse fecerit.* „*Lucanus natus Cordube, que est civitas hispanie, unde habetur:* „*corduba me genuit.*" Subscriptio: „*Arnulphus Aurelianis* „*fecit has glosulas. Explicit glossa super Lucanum.*" De Arnulpho eiusque glossae codicibus manuscriptis vid. C. Fr. Weberi praefationem citatam, ubi p. XXIII. etiam de nostro hoc volumine, parum accurate agitur.

II. f. 78—101. Saec. XIII. Ioannis de Deo Ulissiponensis Canonici Bononiensis Liber Iudicum.

Inscriptio: „*Ad honorem summe trinitatis et individue unitatis patris,* „*et f. et sp. sc. incipit liber judicum a magistro. Jo. de deo sacerdote* „*yspano compilatus.*" Praefatio inscribitur: „*Venerabili patri ac domino* „*C. archipresbitero bononiensi digno, morum copia majori qualibet dig-* „*nitate, magister Johannes de deo, ejus discipulus et amicus intimus* „*salutem in eo qui est vera omnium salus.*" Subscriptio: „*Explicit liber* „*judicum a magistro Jo. de deo compositus, ad honorem summe trini-* „*tatis et individue unitatis p. et f. et sp. sci. qui per quatuor libros et* „*centum titulos est distinctus, in quo succumbit falsitas et virtus elucescit,* „*tamen super operis imperfectione veniam postulans a scolaribus, dominis,* „*magistris, corectionem et conservationem quoad hanc civitatem regiam,* „*cujus cum aliis suis opusculis archipresbitero bononiensi commendat,* „*cujus se discipulum confitetur. Alleluia. Allelulia. Alpha et O.*" Libri huius meminit Sanderus *Biblioth. Belgic. p. 177*, titulo: „*Summae judicum.*"

III. f. 102—134. Saec. XIII. Ioannis de Deo Ulissiponensis Canonici Bononiensis Poenitentiale.

Inscriptio: „*Ad honorem summe trinitatis et individue unitatis, patris* „*et f. et sp. sc. et beate virginis et omnium sanctorum, et precipue beati*

„*Vincentii*, *et ad honorem et nomen venerabilium patrum episcopi et* „*capituli urbis bononiensis, et ad utilitatem universalis studii, et ad* „*honorem romane ecclesie et ejus venerabilis presulis Innocencii IV.* „*incipit liber penitentie a Ma. Jo. de deo editus, et veteri et novo testa-* „*mento et jure canonico fideliter comprobatus, in quo succumbit falsitas et* „*veritas elucescit, qui per VII libellos et LXXV titulos est distinctus,* „*super operis imperfectione venia postulata.*" Subscriptio:

„*Ego, quem genuit patria pia portugallensis,*"
„*Diva cathedravit urbs scola bononiensis,*"
„*Hoc opus actavi, domini non sine labore,*"
„*Sed labor est facilis, nostro superatus amore.*"

„*Explicit liber penitenciarius a magistro Johanne yspano doctore* „*decretorum, canonico urbis lyon* (sic) *compositus, ad honorem summe* „*trinitatis*" etc. . . . „*sub anno domini millesimo CCXLVII. indictione V.* „*mense Octobris V. Kal. Novembris.*" etc. Cfr. de hoc libro Oudinum *Biblioth. eccles. III. 178.*

IV. f. 135—159. Saec. XIII. Ioannis de Deo Ulissiponensis Canonici Bononiensis Liber Pastoralis.

Inscriptio: „*Ad honorem summe trinitatis et individue unitatis, patris* „*et filii et spiritus sancti, sancteque romane ecclesie, ejus quoque pape* „*innocencii quarti, ad utilitatem universalis studii, et ad honorem* „*et nomen domini Guilelmi cardinalis, et fratrum ejus cardinalium* „*romane ecclesiae, incipit liber pastoralis super irregularibus universis a* „*magistro Johanne de Deo yspano doctore decretorum cannonico* „*urbis bononiensis compositus, in quo VII capitula continentur.*" etc. Praefatio inscribitur: „*Venerabili patri ac domino Guillelmo divina provi-* „*dentia sacro-sancte romane ecclesie diacono cardinali.*" etc. Subscriptio: „*Hec omnia scripta paternitati tue commendo, anno domini M. CC. XLIV.* „*Indictione II. dominica intrante agusto*" (sic) „*iam super operis imper-* „*fectione veniam postulo a te, et a scolaribus, dominis et professoribus de-* „*cretorum. Alleluja. Alpha et O.*" „*Versus*"

„*En ego quem pavit, solus qui cuncta creavit,*"
„*Hoc patre subuntus*" (sic) „*non laudis sorde seductus,*"
„*Hoc opus actavi, domini non absque labore,*"
„*Set labor est facilis, vestro superatus honore.*"

„*Explicit liber pastoralis a Mgro Johanne de Deo compositus.*"

V. f. 160—206. Saec. XIII. Aegidii de Foscarariis Decretorum Doctoris Bononiensis Tractatus de Ordine Iudiciario.

Inscriptio: „*Ordo judiciarius per dominum egidium doctorem decreto-* „*rum editus.*" Initium: „*Ego egidius de foscarariis civis bononi-* „*ensis, doctor decretorum.*" etc. Subscriptio: „*Explicit ordo judiciorum,*

„advocatorum et notariorum, compositus a domino egidio doctore legum „et decretorum in jure canonico et civili, secundum cursum romane curie.“

„Finito libro sit laus et gloria xpo.“
„Qui me scribebat hermannus nomen habebat,“
„Gracia summa dei propicietur ei. Amen.“
„O pie Laurenti confer sibi gaudia celi,
„Spiritus ut dicti vivat in arce poli.
„Hoc sibi det munus, qui regnat trinus et unus.“

Adhaeret codici fragmentum Antiphonarii saec. XI. cum figura Salvatoris, a pictore non omnino rudi delineata.

CXC.

212. / S. 432. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 32, in quarto.*

I. f. 1—20. Commentum scholasticum in Cl. Claudiani Carmina.

Inscriptio: *„Glose Claudiani.“* Initium: *„de auctore hujus operis diverse „sunt opiniones, dicunt enim quidam quod non fuit poeta.“* etc.

II. f. 21—32. Arnulphi Aurelianensis Glossae in Lucanum.

Initium deest, ordiuntur ad Libri *VII. v. 212.* Est codex quem Salisburgensis nomine citat Weberus *op. cit. p. XXII.*

CXCI.

81. / M. 91. *Codex manuscriptus partim chartaceus partim membranaceus saeculi XV. foliorum nunc 246 (olim 275.), in folio.*

L. Iunii Moderati Columellae de Re Rustica Liber II—XIII.

Liber *„de arboribus“* hic est librorum de re rustica tertius. Liber I. integer et II. bona pars e codice exciderunt. Liber II. incipit nunc his cap. IX. verbis: *„egenis rebus magis inopiam defendit.“* Finitur etiam ad calcem truncatus in hoc cap. XV. loco: *„ut culina et cesale quedam pluviis diebus „ut.“*

In fine voluminis nomen scribae nescio an domini: *„Matthei Corsini „Junioris.“*

CXCII.

3237. / R. 2208. i. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 10, in quarto.*

Excerpta e Iunii Moderati Columellae Libro XII. de Cultu Hortorum.

Inscriptio: *„Prosa de cultu hortorum et herbis hortensibus ex Columellae XII. libro.“*

CXCIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 14, in folio. 3144. / R. 1468.

Iunii Moderati Columellae de Re Rustica Libri VIII. Fragmentum.

Abrumpitur in his cap. XIV. verbis: „*vacature sunt a fetu, minime* „*autem.*"

CXCIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 56, in folio minori. 123. / φ. 97.

I. f. 1—53. L. Annaei Seneca Epistolarum ad Lucilium LXXXIX—CXXIV.

Subscriptio: „*Expliciunt epistole Senece.*"

II. f. 53—55. Martini Dumiensis s. Braccarensis Libellus de quatuor Virtutibus cardinalibus, qui vulgo Senecae tribuitur.

Inscriptio: „*Item de quatuor virtutibus.*" Exstat in *Biblioth. P. P. Lugd. tom. X. p. 382. ss.*

In fronte codicis legitur: „*Liber Monachorum sce Marie in himme*-„*rode ordinis cisterciensis Trevirensis diocesis.*"

CXCV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 96, in quarto. 279. / R. 288.

I. f. 1—2. Senecae Epistolae ad Paulum et Pauli ad Senecam.

Praemisso St. Hieronymi de Seneca testimonio, quod in hunc modum inscribitur: „*Incipit prefatio beati ieronimi presbiteri in senecam,*" talis est epistolarum epigraphe: „*Incipiunt epistole ad sanctum Paulum* „*transmisse a Seneca.*"

II. f. 2. v. Hildeberti Turonensis Epitaphium Senecae. *Opp. edit. Beaugendr. col. 1369.*

III. f. 2—7 v. L. Annaei Senecae de Clementia Libri II.

Inscriptio: „*Incipit liber primus Senece ad Neronem de clementia.*" Liber secundus non est ad finem perductus.

IV. f. 7—8. v. Macer Floridus de Viribus Herbarum v. 1—66. Artemisia. Abrotanum. Absinthium.

Inscriptio: „*Incipit Macer.*"

V. f. 8—96. L. Annaei Senecae Epistolarum ad Lucilium I—LXXXVIII.

Inscriptio: „*Lucii ennii senece fotini stoici discipuli ad lucilium liber I. incipit.*"

Ordo foliorum a compactore turbatus; f. 83—90. post f. 24. collocanda erant.

Codex olim „congregationis St. Iustinae de Padua, deputatus monasterio St. Severini de Neapoli", imperante Carolo VI. ad nos translatus.

CXCVI.

150. / U. 863. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIIII. foliorum 137, in folio.*

I. f. 1—2. v. Senecae Epistolae ad Paulum et Pauli ad Senecam.

Praemittitur S. Hieronymi de Seneca testimonium.

II. f. 2. v. Hildeberti Turonensis Epitaphium Senecae. *Opp. edit. Beaugendr. col. 1369.*

III. f. 2. v.—108. L. Annaei Senecae Epistolarum ad Lucilium I.—LII. et LXIII.—LXXXVIII.

Inscriptio: „*Incipiunt epistole lucii annei senece literarum moralium ad Lucilium.*"

IV. f. 108—112. Epistola Brachmanorum ad Alexandrum Magnum.

Inscriptio: „*Rescriptum brachmannorum gentis ad alexandrum macedonum regem.*"

V. f. 112. v.—122. v. Alexandri Magni Epistola ad Aristotelem de Situ Indiae.

Inscriptio: „*Incipit epistola Alexandri Macedonis ad aristotelem magistrum suum de itinere suo et de situ indie.*"

VI. f. 122. v.—137. Liber Alexandri Magni de Proeliis.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit Actus Alexandri Magni Macedonis.*"

Est e numero codicum quos Ioannes Faber episcopus Vindobonensis bibliothecae universitatis reliquit.

CXCVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. literis initialibus pictis, foliorum 166, in quarto. 174. / U. 356.

I. f. 1—3. Senecae Epistolae ad Paulum et Pauli ad Senecam.

Praemisso S. Hieronymi de Seneca testimonio, inscriptio: „*Incipiunt epistole Senece ad btm paulum apostolum et pauli ad senecam Responsiones.*"

II. f. 3—7. S. Hieronymi Epistola ad matrem et filiam in Gallia commorantes. *Opp. edit. Vallars. I. 776.*

Inscriptio: „*Prefatio Jeronimi presbiteri ad matrem et filiam gallie commorantes.*"

III. f. 7—8. Theodocii Epistola Sacrae Sententiae.

Inscriptio: „*Incipit epistola sacre sententie Theodocii.*" Vid. de hac epistola Denis *Catalog. Codd. theolog. II. 618.*

IV. f. 12. v. Hildeberti Turonensis Epitaphium Senecae. *Opp. edit. Beaugendr. col. 1369.*

Inscriptio: „*Epitaphium Senece, a se tamen dictatum.*"

V. f. 12. v.—157. L. Annaei Senecae Epistolarum ad Lucilium I—LXXVIII.

Inscriptio: „*Incipiunt Epistolae lucii Annei Senece literarum moralium ad Lucilium.* Subscriptio a manu saeculi XV. addita: „*Expliciunt LXXVIII epistole Senece ad Lucilium.*"

VI. f. 157. v.—163. v. S. Hieronymi Epistola ad Furiam de Viduitate servanda. *Opp. edit. Vallars. I. 280.*

Inscriptio: „*Hieronimus ad Furiam.*"

VII. f. 163. v.—166. Pseudo-Hieronymi Epistola ad Tyrasium super morte filiae. *Opp. edit Vallars. XI. 261.*

Inscriptio: „*Jeronimus ad tyrasium consolatoria de morte filie ejus.*"

Codex pertinuit primum ad monasterium S. Dorotheae Vindobonae, deinde fuit Io. Alex. Brassicani, tandem cum libris Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis bibliothecae universitatis accessit.

CXCVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 36, in folio. 38. / H. f. 26.

L. Annaei Senecae Epistolarum ad Lucilium I—LXXXVI.

Inscriptio: „*Lucii annei senece Liber eplarum incipit.*" Epistola LXXXVI. abrumpitur in his verbis: „*hi oculos mihi effodiunt*," quibus continuo subditur: „*Explicit.*" Additus est ad calcem ab alia saeculi XIV. manu summarius istarum epistolarum index.

Bibliothecae Hohendorfianae e collegio Parisino Choletorum accesserat.

CXCIX.

 Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 86, in folio.

I. f. 1—86. L. Annaei Senecae Epistolarum ad Lucilium I—LXXXVI.

Epistola LXXXVI. abrumpitur in verbis: „*postquam munda balnea in-*„*venta sunt etiam spurciores sunt.*"

II. f. 86. Hildeberti Turonensis Epitaphium Senecae. *Opp. edit. Beaugendr. col. 1369.*

Codex olim ad bibliothecam episcopalem Tridentinam pertinuit.

CC.

 Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 133, in folio.

I. f. 1—124. L. Annaei Senecae Epistolae ad Lucilium.

Inscriptio: „*Lucii Annei Senece ad lucilium epistolarum liber* „*primus incipit.*" Subscriptio: „*Lucii Annei Senece epistolarum* „*liber XXII. et ultimus explicit.*"

Librorum haec est oeconomia: Lib. I. ep. 1—11. II. 12—20. III. 20—27. IV. 28—35. V. 36—44. VI. 45—50. VII. 51—57. VIII. 58—65. IX. 66—69. X. 70—72. XI. 73—76. XII. 77—80. XIII. 81—83. XIV. 84—86. XV. 87—89. XVI. 90—93. XVII. 94—96. XVIII. 97—101. XIX. 102—107. XX. 108—110. XXI. 111—118. XXII. 119—124.

II. f. 124—125. v. Senecae Epistolae ad Paulum et Pauli ad Senecam.

Praemisso S. Hieronymi de Seneca testimonio (*de viris illustr. c. XII.*), et Hildeberti Turonensis epitaphio Senecae (*Opp. edit. Beaugendr. col. 1369.*), talis est inscriptio: „*Epistole Senece Neronis* „*imperatoris magistri ad paulum apostolum et pauli apostoli ad sene-*„*cam incipiunt feliciter.*" Subscriptio: „*Expliciunt epistole senece* „*ad paulum apostolum et pauli ad senecam. Deo gracias.*"

III. f. 125 — 129. Pseudo-Senecae Liber de Proverbiis.

Inscriptio: „*Incipiunt Proverbia ejusdem Senece.*" Subscriptio: „*Ex-„plicit liber proverbiorum Senece.*"

IV. f. 129 — 131. v. Martini Dumiensis seu Braccarensis Libellus de quatuor Virtutibus cardinalibus, qui vulgo Senecae tribuitur. *Biblioth. P. P. X. 382.*

Inscriptio: „*Lucii Annei Senece de quatuor virtutibus cardinalibus „tractatus brevis incipit.*" Subscriptio: „*Explicit liber de quatuor virtuti-„bus Senece.*"

V. f. 131. v. — 133. v. Pseudo-Senecae Liber de Remediis Fortuitorum ad Gallionem.

Inscriptio: „*Lucii Annei Senece ad Gallionem de remediis „Fortuitorum liber incipit.*" Subscriptio: „*Lucii Annei Senece de re-„mediis fortuitorum liber explicit. 1465. die prima februarii.*"

In infima folii primi ora icon S. Hieronymi vivis coloribus est expressa.

CCI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus variisque picturis, quas inter arma ducis Amalfitani e gente Piccolominea, ornatus, foliorum 195, in folio. 7. / φ. 9.

L. Annaei Senecae Epistolae ad Lucilium.

Epistolae sunt CXXV, quadragesima octava in duas divisa, atque in XXV libros dispositae, tali oeconomia: Lib. I. ep. 1—12. II. 13—20. III. 21—29. IV. 30—36. V. 37—45. VI. 46—52. VII. 53—58. VIII. 59—68. IX. 69—72. X. 73—78. XI. 79—84. XII. 85—87. XIII. 88—90. XIV. 91—96. XV. 97—98. XVI. 98—102. XVII. 103—105. XVIII. 106—108. XIX. 109—110. XX. 111—114. XXI. 115—116. XXII. 117—119. XXIII. 120—121. XXIV. 122—123. XXV. 124—125.

Scriptus est codex, quemadmodum id ex armis folio 1. adpictis colligimus, sumptibus ducis Amalfitani e gente Piccolominea, Antonii, Pii II. P. M. nepotis, cui Ferdinandus I. Aragonius Siciliae rex ducatum Amalfitanum cum Maria filia dederat, vel eius ex altera coniuge filii Alphonsi. († 1498.)

CCII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 448, in folio. 3134. / U. 862.

I. f. 1 — 3. Senecae Epistolae ad Paulum et Pauli ad Senecam.

Praemisso S. Hieronymi de Seneca loco, inscriptio: „*Epistole Se-„nece neronis Imperatoris magistri ad Paulum Apostolum et Pauli „Apostoli ad Senecam.*"

II. f. 3. Hildeberti Turonensis Epitaphium Senecae. *Opp. edit. Beaugendr. col. 1369.*

III. f. 3. v.—180. L. Annaei Senecae Epistolae ad Lucilium.

Distributae sunt in XXII libros, eo ordine quem supra in Cod. CCI. indicavimus. Praemittitur summarius epistolarum index. Subscriptio: „*Expli-„cit liber epistolarum annei lucii Senece XXII.*"

IV. f. 181—183. Pseudo-Seneca de Remediis Fortuitorum ad Gallionem.

Talis praemittitur huic libello prologus: „*Incipit Prologus in librum „Senece de remediis fortuitorum. Hunc librum composuit Seneca nobi-„lissimus orator ad Gallionem quendam amicum suum, continet omnes „impetus et machinamenta fortune. Fecit autem illum sub dyalogo, ut sit „sensus conquerens et ratio confortans. Liber autem iste sensuum maie-„state et elloquii claritate et sententiarum brevitate refulget. Explicit pro-„logus. Incipit liber Senece de remediis fortuitorum ad gallionem.*"

V. f. 183—186. L. Annaei Senecae Epistola LXXXVIII ad Lucilium, de Studiis liberalibus.

Inscriptio: „*Incipit liber ejusdem de septem liberalibus artibus, ubi „docet de eis singulis quod animum ad virtutem non perducant sed prepa-„rant.*" Subscriptio: „*Explicit liber Annei lucii Senece deseptem li-„beralibus artibus.*"

VI. f. 186. v.—189. Martini Dumiensis s. Braccarensis Libellus de quatuor Virtutibus cardinalibus, qui vulgo Senecae tribuitur. *Biblioth. PP. X. 382.*

Inscriptio: „*Incipit tractatus ejusdem de quatuor virtutibus.* „Subscriptio: „*Explicit tractatus de quatuor virtutibus Annei lucii se-„nece.*"

VII. f. 189. v.—226. M. Annaei Senecae Rhetoris Declamationes seu Controversiarum Excerpta.

Inscriptio: „*Incipit primus liber ejusdem ad novatum senecam „meli filios suos declamationum.*" Subscriptio: „*Explicit liber nonus „Annei lucii Senece declamationum ad Nouatum senecam meli „filios.*"

Excerpta noni et decimi libri in unum coflata sunt.

VIII. f. 226. v. — 290. L. Annaei Senecae Quaestionum Naturalium Libri VII.

Inscriptio: „*Incipit liber primus ad Lucilum lucili Annei Se-„nece de questionibus naturalibus, de ignibus celestibus et hiis que fiunt „circa stellas.*" Subscriptio: „*Explicit liber Senece sextus de questioni-„bus naturalibus.*"

IX. f. 291 — 299. Pseudo-Senecae Proverbia.

Inscriptio: „*Incipiunt ejusdem proverbia.*"

X. f. 300 — 304. Pseudo-Senecae Libellus de Paupertate.

Inscriptio: „*Annei lucii Senece incipit liber de paupertate.*" Subscriptio: „*Explicit Seneca.*"

XI. f. 304 — 315. L. Annaei Senecae de Clementia Libri II.

Inscriptio: „*Incipit liber primus de Clementia ad Neronem.*" Subscriptio: „*Explicit liber secundus Annei lucii Senece de clementia „ad Neronem.*"

XII. f. 315. v. — 342. L. Annaei Senecae de Beneficiis Libri VII.

Inscriptio: „*Incipit liber ejusdem de beneficiis primus.*" Subscriptio: „*Explicit liber VII. Annei lucii Senece de Beneficiis.*"

XIII. f. 342 — 355. L. Annaei Senecae de Providentia Liber.

Inscriptio: „*Incipit liber ejusdem de providencia dei ad lucilium, „cum mundus providentia regatur, quare multa mala bonis viris accidant.*" Subscriptio: „*Explicit liber secundus annei lucii Senece de proui-„dencia ad serenum.*"

XIV. f. 355 — 368. L. Annaeus Seneca de Vita beata ad Gallionem.

Inscriptio: „*Incipit liber ejusdem de beata vita ad Gallionem.*" Subscriptio: „*Explicit liber Senece ad Gallionem de beata vita.*"

XV. f. 368 — 378. v. L. Annaeus Seneca de Animi Tranquillitate ad Serenum.

Inscriptio: „*Incipit liber ejusdem de tranquillitate animi ad Serenum.*" Subscriptio: „*Explicit liber Annei lucii Senece ad Serenum de „tranquillitate animi.*"

XVI. f. 378. v. — 395. L. Annaeus Seneca de Brevitate Vitae ad Paulinum.

Inscriptio: „*Incipit liber ejusdem ad Paulinum de brevitate vite.*"

Subscriptio: „*Explicit liber Annei lucii senece ad paulinum de* „*brevitate vite.*"

XVII. f. 395—426. v. L. Annaei Senecae de Ira Libri III.

Inscriptio: „*Incipit liber primus ejusdem ad Nouatum de ira.*" Subscriptio: „*Explicit liber tertius annei lucii senece de ira ad no-* „*uatum.*"

XVIII. f. 426. v.—438. L. Annaei Senecae Liber de Consolatione ad Marciam.

Inscriptio: „*Incipit liber ejusdem ad Marciam de consolatione filii* „*sui.*" Subscriptio: „*Explicit liber Annei lucii senecae ad Marciam* „*de consolatione filii sui.*"

XIX. f. 439—446. L. Annaei Senecae Liber de Consolatione ad Helviam matrem.

Inscriptio: „*Incipit liber ejusdem ad Elbiam matrem de consolatione.*" Subscriptio nulla.

CCIII.

3151. / U. 864. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, foliorum 160, in folio.*

I. f. 1—94. L. Annaei Senecae Epistolarum ad Lucilium 1—LXXXVI.

In fine ab alia saeculi XV. manu: „*Multas hic liber missas facit epistolas.* „*Nam epistolarum quidam libros XXII°ᵉ faciunt, epistolas autem CXXIIII°ʳ* „*ad lucilium legunt, quarum partem alteram hic liber non habet.*"

II. f. 95—98. Senecae Epistolae ad Paulum et Pauli ad Senecam.

Praemisso Hildeberti Turonensis Epitaphio Senecae (Opp. edit Beaug. col. 1369.) et excerptis paucis e Pseudo-Senecae Proverbiis, inscriptio: „*Lucii Annei Senece corduensis ad Paulum ihu ap̄ appostulum et* „*item hujus ad illum Epistolę.*" Subscriptionis loco S. Hieronymi de Seneca testimonium.

III. f. 107—160. M. Annaei Senecae Rhetoris Declamationes seu Controversiarum Excerpta.

Inscriptio: „*Seneca de causis. Nouato Senece et Meli suis* „*filiis incipit prologus.*" Subscriptio nulla.

CCIV.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 285, in folio. 3164. φ. 85.

I. f. 1—2. Senecae Epistolae ad Paulum et Pauli ad Senecam.

Inscriptio: „*Incipit Libellus* Annei Senece *de* Grecia *nati eminentissimi viri, qui* paulo *apostolo misit epistolas et* paulus *ei.*"

II. f. 2. Hildeberti Turonensis Epitaphium Senecae. *Opp. edit. Beaugendr. col. 1369.*

III. f. 2—86. L. Annaei Senecae Epistolarum ad Lucilium I—LXXXVIII.

Inscriptio: „*Incipiunt epistole* lucii annei Senece *litterarum moralium ad* Lucilium."

IV. f. 86. v.—88. Pseudo-Senecae Proverbia.

Inscriptio: „*Proverbia* Senece *incipiunt.*"

V. f. 88. v.—90. Martini Dumiensis s. Braccarensis Libellus de quatuor Virtutibus cardinalibus, qui vulgo Senecae tribuitur. *Biblioth. PP. X. 382.*

Inscriptio nulla.

VI. f. 95—126. Incerti Rhetorica Nova.

Inscriptio: „*Hic incipit noua rethorica a* tulii *retorica tracta.*" Initium: „*Rethorica dicta a resis quod est ornatus et yeos scientia, quia scientia de ornato modo dicendi.*"

VII. f. 127—130. Incerti Sermo de Corpore Christi.

Incipit: „*Qui manducat hunc panem* etc. *Nutrimentum a quolibet vivo sumitur.*" etc.

VIII. f. 133—144. M. Gasparini Barzizii Exordia oratoria.

Inscriptio: „*Exordia Magistri* Gasperini *pergamensis super rethoricam nouam, et primo exordium in dubio genere causae.*" Vid. de hoc opusculo Dom. Mansi ad Fabric. *biblioth. med. et inf. lat III. p. 22.*

IX. f. 145—188. Rhetoricorum ad Herennium Libri IV.

Inscriptio nulla.

X. f. 192—194. Incerti Dialogus inter Pyladem et Orestem.

Inscriptio nulla, sed manus saec. XVII. Francisci Petrarchae nomen ad-

scripsit. Incipit: „*Huc unde mi horrestes? Sed quo mi Pylades.*" Est satyra in Romanam curiam.

XI. f. 195—197. Incerti Epistola de Contemptu Mortis.

Incipit absque ulla inscriptione: „*Solitus es thuriane inter urbanos* „*sermones tuos quescionesque facetas a me cottidie postulare, quoniam* „*unus essem assecla nouorum, quid recencius vulgi rumores attulerunt.*"

XII. f. 197. v.—203. Francisci Petrarchae Historia Griseldis, s. de obedientia et fide uxoria Mythologia. c. epistola ad Ioannem Boccaccium. *Opp. edit. Bas. 1581. tom. I. p. 540. ss.*

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit hystoria griseldis patientis*„*sime mulieris edita a domino francisco petrarcha florentino, poeta* „*laureatissimo.*"

XIII. f. 204—208. Incerti Quaestio epistolica an Amicitia plus gaudii vel molestiae secum ferat.

Incipit: „*De amicitia ea, qua vobis amantissimis viris devinctus sum,* „*apparatu meo in recessu meo mecum cogitavi, an videlicet plus gaudii* „*contulerit quam datura sit moeroris.*"

XIV. f. 207. v.—210. Declamationes mutuae inter Lucretiam a Tarquinio stupratam, et Spurium Lucretium eius patrem.

Lucretius incipit: „*Noli te afflictare Lucrecia, satis maximum argu*„*mentum dedisti te adulterio non consensisse.*" etc. Pergit Lucretia: „*No*„*lite me pater sanctissime tuque luce quondam michi carior conjux mori* „*prohibere.*" etc.

XV. f. 210—211. Leônelli Estensis Oratio habita ad Sigismundum imperatorem dum anno 1422. Roma Ferrariam devertisset.

Inscriptio: „*Oracio ad Sigismundum cesarem augustum acta ab* „*illustri Leonello de Mantua anno domini 1432.*" Incipit: „*Quum tui* „*nominis splendor atque gloria serenissime cesar hanc omnem nostrum* „*ytaliam ut et tocius terrarum orbis reliquum impleat.*" etc.

XVI. f. 211—214. Oratio ad Sigismundum imperatorem in Urbe.

Incipit: „*Ascendet in celos serenitas tua et sedet ad dexteram patris.*" etc.

XVII. f. 214. v.—218. Epistola Brachmannorum ad Alexandrum Magnum.

XVIII. f. 218—219. Incerti »Oratio habita in Academia Pa»piensi cum Ioanni de Bariardis doctoralia insignia artis medicae »conferrentur.«

Incipit: „*Per hosce dies, dignissime pontifex, viri magnifici, dum ipse* „*mecum sepe numero cogitarem.*" etc.

XIX. f. 220 — 221. »Lucae Vernacii Cremonensis, Iuris »utriusque doctoris, in conferendis doctoratus insigniis Praefati- »uncula in clarissimum virum Antonium de Lunate, eadem die in »utroque iure laureatum ac honestissimae uxoris nuptias celebrantem.«

Incipit: „*Exoptavi magnopere semper.*" etc. De Luca Vernacio vid. Aris. *Crem. lit. I. 248.*

XX. f. 221 — 276. M. Gasparini Barzizii Epistolae CLXVII.

Epistolarum Barzizii editio a I. A. Furietti *Romae 1723.* 4°. procurata est.

XXI. f. 277 — 285. Bonacursii de Monte-Magno Disputatio inter Scipionem et Flaminium de Nobilitate, ad Guidantonium Montisferrati comitem.

Vid. supr. Cod. XXXV. 6.

In theca codicis legitur: „*Hoc libro donatione inter vivos adauxit hujus* „*domus collegialis artistarum et theologorum studii Wiennensis biblio-* „*thaecam Venerabilis pater Magister Andreas Schusterl de Poten-* „*prunn artium liberalium et sacrae paginae doctor eximius D. sit merces* „*ejus.*"

Adhaerent praeterea huic codici tabulae archetypae membranaceae quibus: „*illustris princeps dominus Ludwicus Comes Palatinus Reni nec* „*non dux Bawarie senior comesque mortanii*" procuratores suos constituit: „*Magistrum Kristofforum Gulden et Matthiam Weis-* „*kircher Baccalaurios in decretis, in causa et causis inter predictum* „*illustrem principem dominum Ludwicum ducem, et religiosos viros et* „*religiosas dominas Johannem in Fürstenueld ordinis Cisterci-* „*encis, Ludwicum in Scheyrn, Conradum in Etal Abbates* *ordinis sancti Benedicti Frisingensis Dioc. Wilhelmum Abba-* „*tem in Münster Ord. S. Benedicti Rat. dioc. et Erhardum* „*prepositum canonicorum regularium in Undersdorf dicte Frisin-* „*gensis dioc. Annam abbatissam in Geysenueld ordinis sancti* „*Benedicti Rat. dioc. et Annam abbatissam in Hohenbort Ordinis* „*S. Benedicti Augustensis diocesis, et conventum eorum monaste-* „*riorum, coram venerabili viro Domino Georgio de Horaw decano Ec-* „*clesiae collegiate omnium sanctorum alias sancti Stephani in Wi-* „*enna pat. dioc. Commissario apostolico penden. Datum anno a nativi-* „*tate domini millesimo quadringentesimo vigesimo sexto Indict. quarta, die* „*vero vicesima quarta mensis decembris Pontifical. Martini Pape quinti* „*anno nono.*" Testes subscripserunt: „*Magister Nicolaus Stock doctor*

„decretorum ***Wratisl.*** *dioc.* ***Michael Perunarius*** *Notarius publicus „clericus* ***Pragen.*** *dioc. et* ***Conradus Praunbart*** *clericus* ***Augu-„sten.*** *dioc.*" Notarius qui tabulas scripsit: „*Johannes quondam Ge-„orgii de Laa clericus Pat. dioc.*"

CCV.

3380. S. 3. c. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 321, in folio.*

I. f. 1—100. L. Annaei Senecae Epistolarum ad Lucilium I—LXXVIII.

Inscriptio: „*Lucii Ennii Senecae litterarum moralium epistolae „ad Lucilium incipiunt.*" Subscriptionis loco additur absque ulla auctoris „indicatione Honorii Augustodunensis locus de Seneca e libro *de luminaribus ecclesiae.*

II. f. 100—102. Senecae Epistolae ad Paulum et Pauli ad Senecam.

Adhaeret Hildeberti Turonensis Epitaphium Senecae. (*Opp. edit. Beaugendr. col. 1369.*) tali inscriptione: „*Epitaphium Sene-„cae a se tamen dictatum.*"

III. f. 103—166. S. Ambrosii Opus in Hexameron. *Opp. edit. Maurin. Paris. 1686. tom. I. 1. ss.*

Inscriptio: „*Sancti Ambrosii epi et doctoris ecclesie in exameron „liber primus feliciter incipit.*"

IV. f. 167—183. S. Ambrosii Tractatus de Paradiso. *Opp. edit. cit. tom. I. 145. ss.*

Inscriptio et subscriptio nulla.

V. f. 184—202. S. Ambrosii Tractatus de Cain et Abel. *Opp. edit. cit. I. 183. ss.*

Inscriptio: „*Incipit Tractatus de Cayn et Abel sci Ambrosii.*"

VI. f. 203 — 237. Thomae Aquinatis Scriptum in primum Sententiarum.

Inscriptio: „*Incipit scriptum super primum sententiarum eximii sacre „theologie doctoris sci thome de aquino.*" Abrumpitur in *Distinct. III. quaest. 4.*

VII. f. 233 — 283. Orationes variae, habitae in Concilio Basileensi.

f. 238. Oratio habita feria V. Hebd. maioris de fructibus passionis dominicae. Incipit: „*Ecce Homo. Verba sunt sceleratissimi venenate intentionis et* „*nequam judicis Poncii Pilati.*" etc. Finis: „*Cujus gloriae nos dignetur fieri* „*participes idem Jhs xp̃s gloriosissime et intemerate virginis Marie filius* „*benedictissimus. Amen.*"

f. 246. Alia oratio, agit de obedientia praelatis et pontifici praestanda. Incipit: „*Vos estis lux mundi, pro hujus thematis declaratione duplicem lucem com-* „*perio.*" Explicit: „*Hunc ergo gloriosissimum patrem veneremur in secula,* „*qui nobis necessaria ministrabit documenta ad laudem dei. Amen.*"

f. 238. Oratio sacra, incipit: „*Siquis diligit me, sermonem meum servabit* etc. „ . . . . *Recitata fuere haec verba apud reverendissimas reverendas pater-* „*nitates vestras ex evangelio presentis mire festivitatis colende.*" Explicit: „*Quem spiritum sanctum diligendi, et nobiscum modis predictis commo-* „*randi gratiam altissimus concedere dignetur. Amen.*"

f. 246. Cohortatio inedita Concilii Basileensis ad Franciae regem de servanda pace. Incipit: „*Condolens sacrosancta synodus Basileensis* „*super contentione gloriosi regni Franciae serenissime ac christianis-* „*sime princeps, ad vestre regie majestatis celsitudinem mittit desiderium* „*sanctum super pace componenda.*" Explicit: „*Et tandem regia vestra* „*celsitudo cum omni regno vestro et universo populo christiano effici me-* „*reatur unum corpus ecclesie triumphantis, in qua regnat et imperat auctor* „*pacis et amator Jesus xp̃s dominus noster, cui cum patre et fi. et sp. sct.* „etc. *Amen.*" Videtur scriptum privati theologi, sed regis familiaris, qui eum ad servandam pacem cum Burgundiae duce cohortatur, hisque simul literis legatos Concilii Basileensis commendare vult regi. Cfr. Mart. *thes. VIII. 117.*

f. 270. Oratio ad Concilium de consilio. Incipit: „*Reverendissimi reveren-* „*diq. patres et celeberrimi domini, ad maiorem evidenciam dicendorum tri-* „*partite hunc sermonem expediendum decerni*" (sic). Explicit: „*quod nobis* „*sua miscericordia ipse concedat, qui est in secula seculorum benedictus.*"

f. 275. Oratio de Amore Dei. Incipit: „*Remittuntur ei peccata multa quoniam* „*dilexit multum Luce 4°. In quibus verbis fit mentio de tribus, scilicet de* „*medico qui sanavit.*" etc. Explicit: „*quem desideravimus, quem amavimus et* „*quem tota virtute nostra concupivimus, quod nobis prestare dignetur.*" etc.

f. 278. Oratio habita in festo Visitationis B. M. V. Incipit: „*Beatam me dicent* „*omnes generationes*" etc. Explicit: „*qui est super omnia deus benedictus.* „*Amen. Amen.*"

VIII. f. 283—284. Oratio in laudem Francisci Barbari Vicentini Praetoris.

Incipit: „*Divina sepius opera contemplanti mihi hominis ipsius venit in* „*mentem.*" Finit: „*Aput posteros nostros semper honos nomenque tuum*

„laudesque manebunt.“ Subiungitur: Formula iuramenti a civitatis Vicentinae rectore praestandi.

IX. f. 285 — 321. Thomae Aquinatis Scriptum in primum Sententiarum.

Abrumpitur in *distinctione XXVI.*

Codex e bibliotheca episcopali Tridentina nobis accessit.

CCVI.

289. S. 8. n. *Codex manuscriptus membranaceus, e diversorum saeculorum libris conflatus, constat foliis 146, in quarto minori.*

I. f. 1 — 17. Saec. XIII. L. Annaei Senecae de Beneficiis Libri VII.

Inscriptio: *„Incipit Seneca de beneficiis.“* In fine adscriptum est Hildeberti Turonensis epitaphium Senecae. *(Opp. edit. Beaugendr. col. 1369.)*

II. f. 19 — 55. v. Saec. IX. Actus S. Sylvestri Pontificis.

Inscriptio: *„Incipit Actus sci. silvestri Epi Urbis Romae.“* Incipit: *„Historiographus noster eusebius caesariensis.“* etc. Finis: *„coepit „ab omni populo magnificare“* (sic) *„nomen domini jesu christi. Explicit „feliciter. Gesta beati silvestri Pontificis.“* De his S. Sylvestri Actis adi Denisium *Catalog. Codd. theolog. I. 1159*, et auctores ab eo citatos.

III. f. 59 — 69. Saec. X. Evangelium Infantiae Christi.

Inscriptio: *„Incipit Infancia Salvatoris.“* Praemissis Chromatii et Heliodori ad Hieronymum epistolis, et Hieronymi responsione (Fabric. *Cod. apocryph. N. T. p. 7. 8.)* his verbis incipit: *„In illis diebus erat „vir in Israel Joachim ex tribu Juda, et hic erat pastor ovium suarum.“* etc. Est idem liber quem e codicibus Parisinis editurus est cl. Thilo. Vid. *Act. St. Thomae p. XXVI.*

IV. f. 70 — 86. Saec. XI. Vita et Miracula S. Mariae Magdalenae.

„Incipit prefatio in vitam Marie Magdalene. Cum in suis actibus „beatissima Maria Magdalene.“ etc. — *„Incipit vita. Fuit igitur secundum „seculi fastum clarissimis exorta natalibus.“* etc. — *„Incipiunt miracula. „Miraculorum vero magnitudinem quia plurima sunt, sermo noster non „sufficit comprehendere.“* etc.

V. f. 86 — 97. Saec. XII. Vita et Miracula S. Henrici Confessoris.

Edita est haec S. Henrici vita primum e codice monasterii Windbergensis a Canisio *Lect. antiq. tom. VI. p. 381. ss.*, deinde e codice Rebdorfiensi a Gretsero in suis *Divis Bambergensibus*, *Ingolst. 1611.*, recusa in *Actis Sanct. Bolland. ad diem 14. Julii p. 754. ss.* qua editione in sequenti collatione usi sumus. — Inscriptio: „*Vita sci Henrici* „*Confessoris.*" Incipit f. 86. r. his verbis: „*Anno ab incarnatione domini* „*millesimo primo*" et pergit usque ad verba (f. 89. r. *edit. cit. p. 756. §. 9.*) „*decentissime seggregatae.*" Rursus incipit in his verbis: (*cap. III. §. 22. p. 760.*) „*Regis autem frater*," et continuatur usque ad verba: (f. 91. r. §. *27. p. 761.*) „*a Cassyno monte hylaris et sanus discessit.*" Sequuntur deinde *Cap. IV. §. 31—33.* in hunc modum contracti: „*Inde tunc iter* „*faciens Romam pervenit, ubi a Benedicto papa honorifice susceptus est.* „*Confirmatus autem ab apostolica benedictione alpes apenninas transcendit,* „*inde per Leodium et Treverim transiens, congregationes inibi deo famu-* „*lantes plurimis largitionibus et prediis ditavit.*" Sequitur deinde §. *34.* qui apud nos init: „*circa ecclesiasticas utilitates et salutem anime*" usque ad finem capitis (f. 93. r.), cui libri miraculorum pars prima, sicut in editionibus citatis habetur, continua linearum serie adhaeret. Cfr. Gretser, *div. Bamberg. p. 81.*

VI. f. 97. v.—98. Saec. XII. Translatio S. Hermetis Salisburgum.

Incipit: „*Qualiter pignora St. Hermetis Salzburgam translata sunt.* „*Sanctorum virorum preconia quamquam sint gloriosa,*" etc. Exit: „*et* „*nomen ejus jugiter ab omnibus veneratur christianis, cui est honor et* „*gloria in secula seculorum amen.*" Cfr. de hac reliquiarum S. Hermetis translatione Canisium *Lect. antiq. tom. VI. p. 1146. et 1255.*

VII. f. 98—100. Saec. XII. Translatio S. Martini Turonensis Salisburgum.

Initium: „*In gallia Turonis civitate.*" etc. Exit: „*convenientius omitteret* „*quivis archiepiscopus.*" Verborum serie paullulum mutata, eandem narrationem habes in Canisii *Lect. antiq. tom VI. p. 1221. ss.*

VIII. f. 100—172. Saec. XII. »Collectio de tempore et de translatione beati Rŏdberti.«

Incipit: „*De tempore beati Rŏdberti et de translatione ejus de ecclesia* „*St. Petri.*" Finis: „*Sunt autem a transitu ejus usque in presentem annum* „*quingenti octoginta quinque anni.*" Habentur etiam haec paullo aliter apud Canisium *Lect. antiq. tom. VI. p. 1171,* et rursus *p. 1225.* Cfr. *Juvavia p. 111. §. 134.* ubi noster hic codex citatur.

IX. f. 102. v. Saec. XII. Hildegardis de Bingawia Visio.

Incipit: „*Visio domine* **Hiltegardis** *de* **Ping.** *Vidi ab aquilone „bestias V.*" etc. Finis: „*quem dominus Jesus interficiet spiritu oris sui.*" Inter S. **Hildegardis** *Revelationes Colon. 1628. fol.* editas, haec visio non invenitur.

X. f. 103. v. — 130. Saec. XII. Waltharius, sive de Expeditione Attilae in Gallias Carmen.

Inscriptio et subscriptio nulla. Versus ultimus deest.

XI. f. 131 — 146. Saec. XII. Vita Conradi I. Archiepiscopi Salisburgensis.

Incipit: „*Chunradus itaque ex illustri principum bawarie pro„vincie originem duxit.*" Desinit non integra: „*sed ab hac intentione viro„rum religiosorum et prudentium et religiosorum consilio retractus.*"

Thecae adhaeret fragmentum **Psalterii** saeculi XI. nempe *Psalm. LXVII. v. 32 — 36. et LXVIII. v. 1 — 5.*

Fol. 70. r. a manu saeculi XII. adscriptum est: „*Iste liber est* **Guel„berti** *cancellarii in* **Salzburch**, *quem qui furetur pena furis crucietur.*"

CCVII.

6. / φ. 8. *Codex manuscriptus membranaceus latinus saeculi XV. literis initialibus pictis et auratis, nec non armis gentis regiae Aragoniae ornatus, foliorum 263, in folio.*

I. f. 2 — 59. L. Annaei Senecae de Beneficiis Libri VII.

„Inscriptio: *In Hoc. Ornatissimo. Codice. Continentur. Opera. Senece. Cordubensis. Philosofi. de. Beneficiis. et. Alia. Infra. Notata.*"

II. f. 59. v. — 70. L. Annaei Senecae de Clementia Libri II.

Inscriptio et subscriptio nulla.

III. f. 72 — 109. M. Annaei Senecae Rhetoris Declamationum sive Controversiarum Excerpta.

Inscriptio: „**Lucii Annei Senece** *Cordubensis declamationum liber „primus incipit.*" Subscriptio: „*Declamationum* **Annei Senece** *liber „decimus et ultimus explicit.*"

IV. f. 112 — 261. L. Annaei Senecae Epistolae ad Lucilium.

Subscriptio: „*Expliciunt epistole* **Annei Senece** *ad* **Lucillum** *„amicum suum misse, et summe Philosophiam moralem continentes.*"

Epistolae 124, in XXII libros, ordine supra in Cod. CCI. indicato distributae, argumento singulis epistolis praemisso.

V. f. 261—263. Senecae Epistolae ad Paulum et Pauli ad Senecam.

Praemisso S. Hieronymi de Seneca testimonio (*de viris illustr. cap. XII.*) inscriptio: „*Epistole Senece Neronis imperatoris magistri ad „Paulum apostolum et Pauli ad Senecam.*" Subiicitur Hildeberti Turonensis epitaphium Senecae *Opp. edit. Beaugendr. col. 1369.*

Codex olim ad Ioannem Sambucum pertinuit.

CCVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. exeuntis, literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 302, in folio. 69. φ. 35.

I. f. 1—17. v. L. Annaei Senecae de Providentia Liber.

Inscriptio: „*Lucii Annei Senece de providentia Dei liber primus, „etsi provydentia Dei mundus agitur, quare multa mala bonis viris acci-„dant, incipit.*"

II. f. 18—40. L. Annaei Senecae de Constantia Sapientis Liber.

Inscriptio: „*De providentia Dei ad Lucilium Liber II*[dus] *quod in-„iuria et contumelia in sapientem cadere non possit.*"

III. f. 41—71. L. Annaei Senecae de Vita beata ad Gallionem Liber.

Insriptio: „*Lucii Annei Senecae de vita beata ad Gallionem.*" Abrumpitur f. 71. r. in verbis: „*in infima allisos*" quibus continuo adhaeret de Otio Sapientis fragmentum, ita ut phrasis sit: *et nunc in sublime „allevatos, nunc in infima allisos, cur vobis*" (sic) „*magno consensu „vitia commendant.*"

IV. f. 71—79. L. Annaei Senecae de Otio Sapientis Fragmentum.

Continuo adhaeret praecedenti libro, a quo Muretus et Lipsius primi avulserunt.

V. f. 80—115. L. Annaei Senecae de Tranquillitate Animi Liber.

Inscriptio: „*Lucii Annei Senece de tranquillitate animi ad Se-„renum.*"

VI. f. 116—143. v. L. Annaei Senecae de Brevitate Vitae ad Paulinum Liber.

Inscriptio: „*De brevitate vite ad Paulinum liber I*º. *Senece incipit.*"

VII. f. 143. v. — 168. L. Annaei Senecae Consolatio ad Polybium.

Continua verborum serie, ut in Tarvisina principe ann. 1478. praecedenti libro adhaeret.

VIII. f. 169 — 267. L. Annaei Senecae de Ira Libri III.

Inscriptio: „*Lucii Annei Senece de ira ad Novatum liber pri-„mus.*" Subscriptio: „*Finis libri tertii de ira Lucii Annei Senece ad „Novatum.*"

IX. f. 268 — 392. L. Annaei Senecae Consolatio ad Marciam.

Inscriptio: „*De consolatione ad Martiam pro morte Fabiani filii „ejus Senece liber incipit.*" Subscriptio: „*Finis libri Lucii Senece de consolatione ad Martiam pro morte Fabiani Filii sui.*"

Codex olim ad Ioannem Sambucum pertinuit.

CCIX.

322. S. 891. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 257, in octavo.*

I. f. 1 — 2. »Excerpta de opusculo Senecae de Remediis Fortuitorum.«

II. f. 2 — 4. »Excerpta de Proverbiis Senecae.«

III. f. 4 — 7. »Excerpta de libro Senecae de Clementia.«

IV. f. 7 — 20. »Excerpta de libris Senecae de Beneficiis »vel Liberalitate ad Ebutium Liberalem, amicum suum.«

V. f. 20 — 22. »Excerpta de Epistolis Senecae ad Paulum.«

VI. f. 23 — 37. Pseudo-Senecae Liber de Proverbiis.

VII. f. 38 — 63. Martini Dumiensis seu Braccarensis Libellus de quatuor Virtutibus cardinalibus, qui vulgo Senecae tribuitur.

Exstat in *Biblioth. PP. Lugd. tom. X. p. 382. ss.*

VIII. f. 64 — 93. Innocentii III. de Contemptu Mundi Libri III.

Inscriptio: „*Liber de contemptu mundi.*" Subscriptio: „*Explicit liber „de contemptu mundi, quem composuit ut fertur Papa Innocentius.*"

IX. f. 94 — 120. Petri Alphonsi Disciplina Clericalis.

Incipit: „*Dixit petrus adelfonsus seruus xpi ihu compositor „huius libri. Gracias ago deo qui primus est sine principio.*" etc.

X. f. 121—199. Albertani Brixiensis de Amore Dei et Proximi Libri IV.

Inscriptio: „*Incipit liber de amore et dilectione Dei et proximi et alia-„rum rerum et de forma vite. Liber primus incipit.*" Subscriptio: „*Expli-„cit liber de amore et dilectione dei et proximi, et aliarum rerum, et de „forma vite, quem albertanus causidicus brixiensis ab hora sce „agathe compilavit ac scripsit, cum esset in carcere domini imperatoris „friderici in civitate Cremone, in quo positus fuit cum esset capi-„taneus gauardi, defendendo locum ipsum ad utilitatem communis brixie. „Anno domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense Augusti in „die sci Alexandri, quo obsidebatur civitas Brixie per eundem Impera-„torem, indictione XI. Explicit.*" Cfr. Fabricii *Biblioth. med. et inf. Lat. ed.* Mansi *I. 89.* Mazuchelli *Scritt. d'Italia I. 394.* et Denis *Catal. Codd. theolog. II. 1684.*

XI. f. 199—210. Albertani Brixiensis Doctrina dicendi et tacendi.

Inscriptio: „*Incipit liber de doctrina dicendi et tacendi.*" Subscriptio: „*Explicit liber de doctrina dicendi et tacendi ab Albertano causidico „brixiensi de hora sce agathe compositus et compilatus sub M CC XIV. de Mense decembris. Explicit.*"

„*Qui scripsit scribat, semper cum domino vivat.*"
„*Vivat in celis Albertanus nomine felix.*"

Impressum est istud opusculum *Daventriae, 1490. 4°. et Lipsiae 1491. 4°.*

XII. f. 210—251. Albertani Brixiensis Liber Consolationis et Consilii.

Inscriptio: „*In xpi nomine incipit liber consolationis et consilii.*" Subscriptio: „*Explicit liber consolationis et consilii, quem Albertanus „causidicus brixiensis de hora sce agathe compilavit atque com-„posuit sub M. CC. quadragesimo sexto, in mensibus aprilis et Madii. „Explicit.*"

XIII. f. 251—252. Epistola Brachmanorum ad Alexandrum Magnum.

XIV. f. 253—257. Ioannis Presbyteri Epistola ad Emanuelem Lusitaniae regem.

CCX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. picturis ornatus, foliorum 369, in folio. 122. / φ. 89.

Senecae Tragoediae, cum glossa perpetua, marginali et interlineari.

F. 1. Hercules furens. f. 44. v. Thyestes. f. 81. Phoenissae. f. 103. Hippolytus. f. 140. v. Oedipus. f. 173. v. Troades. f. 210. v. Medea. f. 244. Agamemnon. f. 276. Octavia. f. 307. Hercules Oetaeus.

In fine ab alia manu notatur: „*Script. 1848.*" et „*Iste Tragedie sunt* „*domini Karoli de Francia ducis Biturri.*" Pertinuit ergo ad Carolum ducem Biturigum, postea Gallorum regem hoc nomine septimum.

CCXI.

61. — R. 920. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 154, in folio.*

Senecae Tragoediae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Inscriptio: „*Marci Lucii Annei Senece Cordubensis etc. Tra-* „*gedie. Hercules. Troades. Phenissa. Medea. Phedra. Edippus. Agamenon.* „*Thiestes. Hercules. Octavia. Juno.*"

F. 1. Hercules furens. f. 20. v. Phoenissae. f. 29. v. Hippolytus. f. 46. v. Oedipus. f. 61. r. Troades. f. 77. v. Medea. f. 90. v. Agamemnon. f. 103. Octavia. f. 114. v. Thyestes. f. 129. r. Hercules Oetaeus.

Subscriptionis loco ultimis Herculis Oetaei versibus: „*fortius ipso genitore* „*tuo fulmina mittes*" glossator pium addidit epiphonema: „*a cuius fulmine* „*liberet nos dominus Jesus Xp̃s cui est honor et gloria in secula seculorum* „*Amen.*"

Fronti codicis idem glossator adscripsit orationem ad S. Sebastianum pro peste ab Italia arcenda, et hos versiculos:

„*Linque cloax ranis, crax corvis, vanaque vanis,*
„*Ad logicam pergo, que mortis non timet ergo.*

Codex e Collegio Iesuitarum Vindobonensi ad nos translatus.

CCXII.

43. — S. 1. b. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. exeuntis, foliorum 184, in folio.*

Senecae Tragoediae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Deest ab initio folium unum, ita ut codex nunc Herculis furentis *Act. I. v. 49.* „*Parum est reverti*" ordiatur. F. 20. v. Thyestes. f. 38. v. Phoenissae. f. 49. r. Hippolytus. f. 70. r. Oedipus. f. 87. v. Troades. f. 106. v. Medea. f. 123. r. Agamemnon. f. 139. r. Octavia. f. 155. r. Hercules Oetaeus.

Subscriptio: „*Publii Lucii Annei Senece Cordubensis decima* „*et ultima tragedia explicit.*"

Cum bibliothecae episcopalis Tridentinae libris ad nos translatus.

CCXIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. exeuntis, foliorum 155, in folio. 66. / φ. 33.

Senecae Tragoediae.

F. 1. Hercules furens. f. 18. v. Thyestes. f. 33. r. Phoenissae. f. 42. r. Hippolytus. f. 59. Oedipus. f. 73. Troades. f. 88. v. Medea. f. 102. r. Agamemnon. f. 116. r. Octavia. f. 129. r. Hercules Oetaeus.

Pertinuit olim ad quendam Iacobum Iacobillum, cuius arma gentilitia aere expressa fol. 1. adglutinata sunt.

CCXIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 150, in folio. 70. / φ. 38.

Senecae Tragoediae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

F. 1. Hercules furens. f. 19. r. Thyestes. f. 34. v. Phoenissae. f. 44. r. Hippolytus. f. 61. v. Oedipus. f. 76. v. Troades. f. 92. v. Medea. f. 107. r. Agamemnon. f. 120. v. Octavia (in fine mutila, abrumpitur v. 751). f. 131. r. Hercules Oetaeus (initio truncatus incipit v. 501).

Subscriptio et librarii nomen et annum exarati codicis prodere videtur: *„Finito libro etc. Georgius Canetus Roo. Amen."*

CCXV.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 215, in folio. 3169. / R. 299.

Senecae Tragoediae.

F. 1. Hercules furens (c. gloss. marg.). f. 25. v. Thyestes. f. 46. v. Phoenissae. f. 58. v. Hippolytus. f. 82. Oedipus. f. 102. Troades. f. 124. Medea. f. 143. Agamemnon. f. 161. Octavia. f. 179. v. Hercules Oetaeus.

In fine a manu recentiori notatur: *„1547. sum magistri Stephani „Rodtackerii."*

CCXVI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 53, in folio. 3174. / Ph. 151.

I. f. 1—12. Poggii Florentini de Varietate Fortunae Liber II.

Inscriptio: *„Poggii Florentini de varietate fortune liber II. incipit."*

II. f. 13—42. Pomponii Melae Cosmographiae Libri III.

Inscriptio: *„Pomponii mela de cosmografia."*

III. f. 43—53. Leonardi Archiepiscopi Lesbi de Nobilitate adversus Poggium Epistola, ad Andreolum Iustinianum.

Exstat cum Poggii *de Nobilitate* opusculo, a Michaele Iustiniano *Abellini 1657.* in 4° editum.

CCXVII.

3260. / S. 44. b. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 90, in quarto.*

I. f. 1—16. Vibius Sequester de Fluminibus, Lacubus, Montibus, Libellus.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Vibius aequestris de flu. fon. lacub.* „*nemorib. palu. mon. gen. per alphabetum explicit. Humilis seruitor Feli-* „*cianus.*"

II. f. 17—90. Pomponii Melae Cosmographiae Libri III.

Inscriptio: „*Pomponii melae Cosmographiae Liber primus feliciter* „*incipit.*" Adhaeret in fine: „*Italiae situs, et provinciae eius a Venera-* „*bili Beda.*"

Codex, qui nobis e bibliotheca episcopali Tridentina accessit, in margine habet notulas Ioannis Hinderbachii manu scriptas.

CCXVIII.

179. / U. 335. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 57, in quarto.*

I. f. 1—29. T. Petronii Arbitri Satyrici *cap. 1—7. 14. 16—19. 24—26. 55. 80. 81. 83. 84. 88. 94—96. 108—113. 118—124. 126—137.*

Inscriptio: „*Petronius Arbiter.*" Subscriptio: „*Petronius Ar-* „*biter Satyricon.*"

II. f. 31—45. P. Rutilii Lupi Schemata.

Inscriptio: „*P. Rutilii Lupi Schemata e graeco versa.*" Subscriptio: „*P. Rutilii Lupi Schemata dianoeas ex graeco Gorgia versa.*"

III. f. 45—57. Aquilae Romani de Schematibus oratoriis Liber.

Inscriptio: „*Incipit Romani Aquilae.*" Subscriptio: „*Explicit* „*Aquila.*"

Codex est ex eorum numero quos Ioannes Fabri episcopus Vindobonensis bibliothecae universitatis dedit. Folii primi bona pars est avulsa.

CCXIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 99, in quarto. 131. / R. 958.

I. f. 1—15. A. Persii Flacci Satyrae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Inscriptio: „*Persii Flacci Satyrarum liber primus incipit.*" Subscriptio: „*Finit Persius.*"

II. f. 15. v.—99. D. Iunii Iuvenalis Satyrae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Satyrae in quatuor libros sunt distributae. Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit liber quartus, finito libro sit laus et gloria Xp̃o.*"

Fuit olim: „*Liber sĉi nicolai in bruwyler*" (Braunviller prope Coloniam), deinde ad Conradum Celten pertinuit, qui monogramma suum adscripsit.

CCXX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 49, in octavo. 232. / φ. 212.

D. Iunii Iuvenalis Satyrae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Distributae sunt satyrae in quinque libros. Liber I. habet sat. 1—5. II. 6. III. 7—9. IV. 10—12. V. 13. 14. 16 et 15.

Thecae adscriptum est possessoris nomen: „*1479. Sylvestri Coreti* „*liber.*" Item manu I. Sambuci: „*Bembus Cl. Ptolemeo, Ptolo-* „*meus Dionysio Atagnani dd. Sambucus emit a Dulci* 1½ Δ."

CCXXI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, foliorum 75, in folio. 108. / φ. 93.

I. f. 1—14. A. Persii Flacci Satyrae.

Inscriptio: „*Pauli Flaccii Persii satyrarum opus.*" Subscriptio: „*A. Persii Flacci satyrarum finis.*"

II. f. 17—75. D. Iunii Iuvenalis Satyrae.

Inscriptio: „*Junii Juvenalis Aquinatis Liber Satyrarum pri-* „*mus incipit feliciter, Mantue.*" Subscriptio: „*Junii Juvenalis* „*Aquinatis Liber satyrarum quintus et ultimus explicit feliciter, Man-* „*tue XXII° Kal. Januar. M. CCCC LVIIII. An. Pii PP. II°.*"

Sequitur haec nota: „*Emi hunc librum ego Jo. gaspar de Sala ab „herede prestantissimi ac doctissimi viri d. Vallerii de sancto ve- „nantio gloriosi sancti Antonii commendatoris benemeriti, quem deus mihi custodiat a manibus impiorum. Amen.*"

Item Io. Gasparus de Sala (de quo vide supr. ad Cod. XLII.) thecae inscripsit: Guarini Veronensis argumenta in Iuvenalis satyras, quae cum edita esse mihi non constet, huc transscribenda putavi.

„*Prestantissimi Guar. Veron. prçceptoris mei Jo. Gasparis Hon.*"

1. „*Materiam et causas satyrarum hac incipe prima.*"
2. „*Carpitur hac satyra probitas simulata secunda.*"
3. „*Odisti quia Roma bonos, pravos colis, hinc te*"
   „*Effugit Umbricius, diversa pericula vitans.*"
4. „*Crispini haec lacerat vitam, ventremque Neronis,*"
   „*Ut reges avidos carpat, regumque sodales.*"
5. „*Quot mala sustineat parasytica vita notabis.*"
6. „*Haec satyra incestas mulieres monstrat, ut omnem*"
   „*Uxorem Ursidius devitet pectore toto.*"
7. „*Mendicant artes, sic Roma coegit avara.*"
8. „*Nobilitas propria est virtus, non acta parentum.*"
9. „*Concubitus diri et sodomitica probra notantur.*"
10. „*Arguit haec hominum curas et inania vota.*"
11. „*Lauta reprenduntur convivia, parca probantur.*"
12. „*Arguit haec avidos nimium nimiumque rapaces.*"
13. „*Mors cruciat pravos, sapiens fert damna modeste.*"
14. „*Imbuit exemplis natos mala vita parentum.*"
15. „*Immanes ritus aegyptius incola servat.*"
16. „*Militiae mores et commoda dinumerantur.*"
   „*Laus deo protectori meo. Jo. Ga. Sa.*"

Codex a Sambuco in Italia emtus.

CCXXII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 82, in quarto.

I. f. 1—70. D. Iunii Iuvenalis Satyrae.

II. f. 71—82. A. Persii Flacci Satyrae.

Inscriptiones et subscriptiones nullae.

CCXXIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 102, in quarto.

D. Iunii Iuvenalis Satyrae.

Pertinuit olim ad bibliothecam episcopalem Tridentinam.

CCXXIV.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 264, in quarto. 3223. / U. 507.

I. f. 1—39. A. Persii Flacci Satyrae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Inscriptio: „*Persii lucilii auli flacci, poete mirifici Satirarum* „*liber.*"

II. f. 40—42. Excerpta ex Alani Anti-Claudiano.

Inscriptio: „*Tractatulus anteclaudiani decerptus ex Alano de laude* „*beate Virginis.*"

III. f. 45—205. Anic. Manl. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Subscriptio: „*Ergo salvator cunctipotens sit laudatus in seculorum* „*secula 1488. in die felice.*" Subscriptionem excipit (f. 199. v.—205.): „*Tabula super librum Boecii secundum ordinem alphabeti.*"

IV. f. 208—247. Anic. Manl. Severin. Boethii de Disciplina Scholarium Liber, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Inscriptio: „*Anicii Manlii Torquati Boecii Severini or-* „*dinarii Consulis romani Tezaurus morum pro aduleścentibus incipit.*" Subscriptio: „*Telos Boecii Seuerini 1487 dominica 4ta post pasce.*"

Primis foliis inter lineas addita est paraphrasis rythmica theotisca, cuius, corruptissima scriptura, tale est initium:

„*Der iunglink marcianus also genant,*"
„*Nach vorstenteniss seiner sin er bith bald*"
„*Boecium den meister nügberlich zu schreiben,*"
„*Ein büchlein von zugt den schulern nach zu eylen.*" etc.

V. f. 248—260. Bernardi Morlanensis Carmen de Contemptu Mundi.

Inscriptio: „*Bernardus de contemto mundi, ex quo praesens libellus* „*intitulatus bernardus doceat contemptum.*" De carminis huius editionibus vid. Leyseri *hist. poet. lat. med. aevi p. 412.*

VI. f. 260. v.—262. »Interrogationes et doctrinae quibus »sacerdos debet interrogare suum confitentem.«

In fine notatur annus: „*1488.*"

VII. f. 262—264. »Ioannis Fabri de Werdea Carmen de »Moribus Becanorum et Studentum.«

De auctore consule Fabricium *Biblioth. med. et inf. lat. ed. Mansi. II. 184.*

CCXXV.

3116. / R. 2055. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 101, in folio.*

I. f. 1 — 9. Henrici Bebelii Ecloga contra vituperatores studiorum humanitatis, in qua disputat Eulogus cum Batto sophista.

Inscriptio: „*Satirica Egloga* h e n r i c i b e b e l i i *Justingensis in studio-„rum humanitatis osores.*" Subscriptio: „τελος *1497. composita, 98. vero „descripta.*" Exstat inter B e b e l i a n a o p u s c u l a *Argentorat. apud* Schu-„*rer. 1512. 4º.*

II. f. 10 — 11. Cratetis Cynici Epistolae, interprete Athanasio Constantinopolitano Archiensi Abbate, cum eiusdem praefatione ad Carolum Aragonum principem.

Inscriptio: „*Epistolare amicorum philosophorum.*" De versionis huius editionibus vid. F a b r i c i i *Biblioth. graec. edit.* H a r l e s, *I. 686.*

III. f. 12 — 15. Diogenis Cynici Epistolae XLVII. Francisco Aretino interprete, cum eiusdem praefatione metrica et prosaica ad Pium IV. P. M.

Subscriptio: „*Absolute sunt huiusmodi epistole 1498. feria secunda „ante solennitatem. Thome apostoli. In* C a n s t a t, *quo tempore partu li-„berata fuit uxor mea.*" Cfr. de editionibus F a b r i c i u m l. c.

IV. f. 15 — 16. Hippocratis Epistola ad Damagetum de Democriti insania.

Vid. Act. erudit. *Lips. 1718. Octob. p. 458.*

V. f. 17 — 19. Erhardi Windsperg Epistola astrologica, ad Hartmannum de Eptingen canonicum Basileensem.

Incipit: „*Ad clarissimum virum* H a r t m a n n u m d e E p t i n g e n *eccle-„sie basiliensis canonicum* E r h a r d u s W i n d s b e r g *s. d. dignissime vir „domine hartmanne prestantissime, nativitatem tuam a quodam astrologo „verius dicerem geomantico et sacrilego calculatam et descriptam his diebus „legi*" etc. Finis: „*Vale ad tempus hartmanne dignissime atque suavissime „et* E r h a r d o *tuo* V e n t i m o n t a n o *semper praeoccupato, posthac „vero complura scribendi dabitur tempus deo dante. Anno 98. dominica „proxima post apostolum thomam.*"

VI. f. 20. Hieronymi Balbi Praefatio in Dialogum de Eloquentia sive Rhetorem gloriosum.

Inscriptio: „J e r o n i m i B a l b i *prefatio in dialogum ad virum illu-„strem et summa preditum doctrina* g u i d o n e m d e R u p e f o r t i."

Abrumpitur pagina vacua relicta in verbis: „*tam exiguus oratorum nu-„merus,*" Balbi *Opp. edit.* Retz. *I. p. 278. l. 1.*

VII. f. 21—26. Homeri Batrachomyomachia, Carolo Marsuppino Aretino interprete.

Exstat in Batrachomyomachiae *edit. princip. gr. lat. s. l. et* a. Vid. Morelli *ad Catalog. Pinell. II. 281.*

VIII. f. 27—28. Bedae Venerabilis Conflictus Veris et Hiemis.

IX. f. 29—76. D. Iunii Iuvenalis Satyrae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

X. f. 77—83. »Ioannis Reuchlin Phorcensis Commentarius »in laudem Mariae, quae vocatur: Ave virginalis.«

Incipit: „*Rogatus ego nuper a prestanti domino Johanne Wyeland „philosophie Magistro Venerabilium sacerdotum nomine in illo splendido „phano s. crucis rem divinam facientium, quod est municipii Stutgar-„diensis, ut odam de beatissima virgine Maria compositam et in ejusdem „celebri conceptionis festivitate hactenus inter ipsa sacrificia a toto collegio „singulari stipendio decantatam, quam vulgo sequentiam vocare consue-„verunt, exponerem, nequivi minutam lucubrationem tantis ac mihi tam „colendis viris negare*" etc. Finis: „*Foeliciter valete meo Johannis „Reuchlin voto. Stutgardię VI°. Kl. Maias. Anno M CCCC LXXXVI°. „Bursusque valete.*"

XI. f. 84—101. A. Persii Flacci Satyrae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

CCXXVI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 275, in folio. 8114. / R. 2193.

I. f. 1—88. D. Iunii Iuvenalis Satyrae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Subscriptio: „*Juvenalis Aquinarius sathirarum liber ultimus „foeliciter explicit.*"

„*Non modo vir talis ut persius et juvenalis*"
„*Vivit in hoc mundo, qui corrigit ore jocundo*"
„*Crimina pravorum, majorum sive minorum,*"
„*Hinc pereunt vera, morum titubante statera.*"

Subiiciuntur satyrarum argumenta versibus leoninis, omnino insulsis.

II. f. 94—96. Guarini Veronensis Elegia de Amoribus Aldae virginis.

Saec. XV. saepius cum aliis opusculis excusa, a. 1511. *Lips.* in 4º separatim edita.

III. f. 96. v.—108. v. Maximiani Etrusci Elegiae VI.

Subscriptio: *„Est liber expletus cum nomine Maximianus,"*
„Commendans juvenes ac reprobando senes."

IV. f. 108. v.—128. Papinii Statii Achilleidos Libri II. cum glossis marginalibus et interlinearibus.

V. f. 129—163. A. Tibulli Elegiarum Libri IV. cum commento marginali et interlineari.

Subditur Ovidii Elegia in morte Tibulli.

VI. f. 168—185. Henrici Septimellensis Elegia.

Subscriptio: *„Millenos tenet hic versus liber aspera plangens,"*
„Certat cum sorte, parat hinc fomenta zophie."

VII. f. 186—196. Alani Liber Parabolarum.

Subscriptionis loco Alani epitaphium, quod habes in Andreae *Bibliotheca belgica edit. Lovan. 1643. p. 33.*

VIII. f. 197—210. Pamphilus sive de Documento Amoris.

Inscriptio: *„Pamphilus de amore incipit feliciter."* Exstat in Goldasti *Catalectis Ovidianis.* Cfr. Muratori *Antiquit. Italiae III. 915.*

IX. f. 211—215. Pseudo-Ovidius de Arte Amandi.

Inscriptio: *„Incipit Ovidius de amore."* Initium:

„Si quem forte juvat subdi sapienter amori,"
„Sic amet insipiens ut mea musa docet."
„Turpe zelus vitans nullus temtet monialem,"
„Que se contemnens est sociata deo."
„Assimilatur ei etiam femina nupta marito,"
„Quam maculare quidem creditur esse nephas,
„Preterea ganeis venali corpore fedis,"
„Munera ni tribuat, nemo placere potest."
„Si se supponat meretrix, non prestat amorem,"
„Non amat id quod agit, sed quod habere cupit."
„Sunt aliae multae mulieres laudibus aptae,"
„Virgines et viduae, laudo vacantis opus." etc.

X. f. 216—222. Theoduli Ecloga, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Inscriptio: *„Incipit Theodulus."*

XI. f. 222—227. Pseudo-Ovidii Liber de Nuncio sagaci.

Inscriptio nulla.

XII. f. 227. v. P. Ovidii Nasonis Amorum Libri II. eleg. 15.

Inscriptio: „*de annulo Ovidius incipit.*"

XIII. f. 228—242. P. Ovidius Naso de Remedio Amoris, cum commento marginali.

Subscriptio: „*Explicit Ovidius de remedio amoris, in Lipczig in VI^a. pasce 1481.*"

IV. f. 243—275. P. Ovidii Nasonis de Arte Amandi Libri III.

Subscriptio: „*P. O. N. Sulmonensis de arte amandi libri III. expli-* „*ciunt.*"

CCXXVII.

Codex manuscriptus membranaceus e diversorum saeculorum libris consutus, foliorum 73, in octavo. 277. / φ. 387.

I. f. 1—40. Saec. X. Scholia in Iuvenalem inedita.

Initium: „*D. Junii Juvenalis Satyrarum liber I. Decimi vocabantur* „*v. a Kalendario in quo nascebantur, v. ab ordine alicujus dignitatis quam* „*decies habuerunt.*" etc. Pertingunt nonnisi ad Satyrae VI. v. 215. Specimina satis ampla dedit Cramerus *Comment. vetust. in Juvenal. p. 568. ss.*

II. f. 41—54. Saec. XV. Alberti Magni Philosophia Pauperum.

Inscriptio: „*Incipit tractatus principiorum philosophiae Alberti Mag-* „*ni.*" Finis deest.

III. f. 55. Saec. IX. Eucheriae Poetriae vers. 21—32.

IV. f. 55—58. Saec. IX. P. Ovidii Nasonis Halieuticon.

Inscriptio: *Incipiunt versus Ovidii de piscibus et feris.*"

V. f. 58 Saec. IX. Sidonii Apollinaris, ut videtur, Epigramma: »Cervus, aper, coluber.« etc. *Pith. Epigr. p. 159.*

VI. f. 58. v.—70. Gratii Falisci Cynegeticon.

Inscriptio: „*Incipit Gratii Cynegeticon lib. I.*"

Membranae f. 55—70. eaedem sunt, quas Sannazarius ex Heduorum finibus in Italiam transtulit, unicus carminis Halieutici et Cy-

negetici, in fine mutilati, fons. Cynegetici scripturam nuper iterum summa cura excussit Mauritius Haupt, futurus Gratii sospitator.

VII. f. 71—73. Saec. X. Martialis Epigrammata quaedam, nempe Spect. 25. 26. 29. 27. 32. 28. I. 3. 4. Spect. 19. 20. 21. 22. 24.

Versibus aliquot nonnulla horum epigrammatum auctiora sunt, quam editiones; hos Cramerus et Hauptius descripserunt.

VIII. f. 74—83. Ch. s. XVI. P. Ovidii Nasonis Halieuticon.

Apographum est membranarum nostrarum.

IX. f. 84—93. Ch. S. XVI. Rutilii Claudii Numantiani Itinerarium.

Est apographum membranarum quas olim Sannazarius habuit, quae tamen volumini nostro non insunt.

CCXXVIII.

292. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 122,*
φ. 388. *in quarto.*

I. f. 1—117. Bartholomaei Fontii Florentini Commentarius in A. Persii Satyras VI., cum eiusdem praefatione ad Laurentium Medicem.

Edit. *Venet. 1492. fol. et 1516. fol.*

II. f. 118—122. Bartholomaei Fontii Florentini Epistola ad Franciscum Saxettum de Mensuris et eorum vocabulis.

Edita cum commentario in Persium.

CCXXIX.

296. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 21,*
φ. 293. *in octavo.*

Valerii Martialis Epigrammata.

Insunt epigrammata sequentia, hoc ordine:

I. *Libr. 1*, ep. 2. — II. 1, 11. — III. 1, 14. — IV. 1, 15. — V. 1, 16. — VI. 1, 19. — VII. 1, 20. — VIII. 1, 21. — IX. 1, 22. — X. 1, 23. — XI. 1, 24. — XII. 1, 25. — XIII. 1, 28. — XIV. 1, 32. — XV. 1, 33. — XVI. 1, 34. — XVII. 1, 35. — XVIII. 1, 36. — XIX. 1, 38. — XX. 1, 41.

— XXI. 1, 43. — XXII. 1, 44. — XXIII. 1, 47. — XXIV. 1, 49. — XXV. 1, 52. — XXVI. 1, 53. — XXVII. 1, 54. — XXVIII. 1, 55. — XXIX. 1, 58. — XXX. 1, 59. — XXXI. 1, 64. — XXXII. 1, 65. — XXXIII. 1, 66. — XXXIV. 1, 69. — XXXV. 1, 73. — XXXVI. 1, 74. — XXXVII. 1, 76. XXXVIII. 1, 78. — XXXIX. 1, 80. — XL. 1, 84. — XLI. 1, 85. — XLII. 1, 90. — XLIII. 1, 91. — XLIV. 1, 93. — XLV. 1, 95. — XLVI. 1, 97. — XLVII. 1, 101. — XLVIII. 1, 108. — XLIX. 1, 110. — L. *Libr. 2*, ep. 4. — LI. 2, 5. — LII. 2, 23. — LIII. 2, 31. — LIV. 2, 34. — LV. 2, 38. — LVI. 2, 41. — LVII. 2, 47. — LVIII. 2, 50. — LIX. 2, 54. — LX. 2, 57. — LXI. 2, 61. — LXII. 2, 62. — LXIII. 2, 64. — LXIV. 2, 71. — LXV. 2, 71. — LXVI. 2, 80. — LXVII. 2, 83. — LXVIII. 2, 88. — LXIX. 2, 89. — LXX. 2, 87. — LXXI. *Libr. 3*, ep. 8. — LXXII. 3, 11. — LXXIII. 3, 12. — LXXIV. 3, 24. — LXXV. 3, 33. — LXXVI. 3, 36. — LXXVII. 3, 43. — LXXVIII. 3, 44. — LXXIX. 3, 53. — LXXX. 3, 60. — LXXXI. 3, 71. — LXXXII. 3, 72. — LXXXIII. 3, 77. — LXXXIV. 3, 79. — LXXXV. 3, 81. — LXXXVI. 3, 85. — LXXXVII. 3, 87. — LXXXVIII. 3, 88. — LXXXIX, 3, 93. — XC. 3, 96. — XCI. 3, 98. — XCII. *Libr. 4*. ep. 4. — XCIII. 4, 7. — XCIV. 4, 12. — XCV. 4, 16. — XCVI. 4, 36. — XCVII. 4, 43. — XCVIII. 4, 65. — XCIX. 4, 76. — C. 4, 79. — CI. 4, 85. — CII. 4, 88. — CIII. *Libr. 5*, ep. 4. — CIV. 5, 24. — CV. 5, 28. — CVI. 5, 44. — CVII. 5, 49. — CVIII. 5, 50. — CIX. 5, 56. — CX. 5, 60. — CXI. 5, 61. — CXII. 5, 79. — CXIII. 5, 77. — CXIV. *Libr. 6*, ep. 4. — CXV. 6, 8. — CXVI. 6, 11. — CXVII. 6, 22. — CXVIII. 6, 23. — CXIX. 6, 26. — CXX. 6, 33. — CXXI. 6, 36. — CXXII. 6, 45. — CXXIII. 6, 55. — CXXIV. 6, 67. — CXXV. 6, 78. — CXXVI. 6, 82. — CXXVII. 6, 91. — CXXVIII. 6, 93. — CXXIX. *Libr. 7*, ep. 10. — CXXX. 7, 34. CXXXI. 7, 43. — CXXXII. 7, 54. — CXXXIII. 7, 55. — CXXXIV. 7, 67. — CXXXV. 7, 71. — CXXXVI. 7, 73. — CXXXVII. 7, 82. — CXXXVIII. 7, 95. — CXXXIX. *Libr. 8*, ep. 12. — CXL. 8, 35. — CXLI. 8, 44. — CXLII. *Libr. 10*, ep. 83. — CXLIII. 10, 84. — CXLIV. 10, 98. — CXLV. *Libr. 11*, ep. 29. — CXLVI. 11, 30. — CXLVII. 11, 39. — CXLVIII. 11, 40. — CXLIX. 11, 43. — CL. 11, 18. CLI. 11, 20. — CLII. 11, 21. — CLIII. 11, 22. — CLIV. 11, 24. — CLV. *Libr. 10*, ep. 47. — CLVI. 10, 55. — CLVII. *Libr. 8*. ep. 53. — CLVIII. 8, 61. — CLIX. 8, 69. — CLX. 8, 79. — CLXI. 8, 81. — CLXII. *Libr. 9*, ep. 3. — CLXIII. 9, 5. — CLXIV. 9, 9. — CLXV. 9, 11. — CLXVI. 9, 22. CLXVII. 9, 26. — CLXVIII. 9, 28. — CLXIX. 9, 34. — CLXX. 9, 37. — CLXXI. 9, 41. — CLXXII. 9, 42. — CLXXIII. 9, 49. — CLXXIV. 9, 64. — CLXXV. 9, 70. — CLXXVI. 9, 67. — CLXXVII. 9, 81. — CLXXVIII. 9, 93. — CLXXIX. *Libr. 10*. ep. 42. — CLXXX. 10, 102. — CLXXXI. *Libr. 11*, ep. 7. — CLXXXII. 11, 47. — CLXXXIII. 11, 50. — CLXXXIV. 11, 61. — CLXXXV. 11, 62. — CLXXXVI. 11, 63. — CLXXXVII. 11, 66. — CLXXXIII. 11, 71. — CLXXXIX. 11, 73. — CXC. 11, 78. — CXCI. 11, 81. — CXCII. 11, 86. — CXCIII. 11, 87. — CXCIV. 11, 88. — CXCV.

11, 92. — CXCVI. 11, 94. — CXCVII. 11, 95. — CXCVIII. 11, 97. — CXCIX. 11, 99. — CC. 11, 100. — CCI. 11, 102. — CCII. 11, 104. — CCIII. *Libr. 12*, ep. 7. — CCIV. 12, 8. — CCV. 12, 16. — CCVI. 12, 17. — CCVII. 12, 20. — CCVIII. 12, 22. — CCIX. 12, 23. — CCX. 12, 25. — CCXI. 12, 34. — CCXII. 12, 37. — CCXIII. 12, 38. — CCXIV. 12, 42. — CCXV. 12, 54. — CCXVI. 12, 55. — CCXVII. 12, 56. — CCXVIII. 12, 59. — CCXIX. 12, 61. — CCXX. 12, 65. — CCXXI. 12, 77. — CCXXII. 12, 80. — CCXXIII. 12, 86. — CCXXIV. 12, 87.

Pertinuit codex olim ad Theodorum Pulmannum, qui illo in sua Martialis editione usus est; pervenit deinde ex eius munere ad Ioannem Sambucum.

CCXXX.

206. / φ. 197. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, in fronte exhibens arma Joannis Francisci Gonzagae I., Marchionis Mantuae, foliorum 211, in quarto.*

Valerii Martialis Epigrammatum Libri XII. Xenia et Apophoreta.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

CCXXXI.

316. / R. 2267. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, foliorum 229, in octavo.*

Valerii Martialis Epigrammatum Libri XII. Xenia et Apophoreta.

„*Hieronymus Beck a Leopoldstorf M. F. Maximiliani II. Rom. Imp. Camerae aul. cons. Generoso ac magnifico viro Richardo Streinnio Baroni Schuuarzenauio collegae et affini suo, antiquitatis amatori dd. M. D. LXVIII.*" Nobis e bibliotheca Windhagiana accessit.

CCXXXII.

3257. / φ. 289. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 255, in quarto.*

Valerii Martialis Epigrammatum Libri XII. Xenia et Apophoreta.

In fine codicis, qui olim ad Ioannem Sambucum pertinuit, duo folia avulsa sunt.

CCXXXIII.

Fragmenta codicis manuscripti membranacei saeculo VI. literis uncialibus, absque verborum distinctione exarati, cuius singulae paginae duas columnas 35 versuum continebant, nunc in tenues lacinias concisae. 100* s. n.

C. Plinii Secundi Veronensis Historiae Naturalis Libr. XXXIII. cap. 50. — Libr. XXXIV. cap. 29. Fragmenta.

De hisce antiquissimi Pliniani codicis fragmentis, nuper primum ex Hilarii Pictaviensis de Trinitate volumine, in charta nilotica exarato, cui compingendo laciniolae membranarum fuerunt adhibitae, erutis, paucis dixi in „Epistola ad F. C. Savigny de Ulpiani Institutionum fragmento," simul cum Plinii laciniis reperto.

Cl. Frid. Reuss M. D., quem Plinii fragmenta publici iuris facturum ibidem spopondi, mutato consilio apographum suum, ut hoc loco ederetur, humanissime mihi commisit, eo quo Plinii particulae, summo studio iterum cum archetypo collatae, et lacunis utcunque suppletis, hic proferuntur.

Fol. I. Pagina recta.

(xxxiii. 50) . . . . *vi*
TAEDIEMQUAMDU*opoc*U*la*Q.L.
PAULUSSOCEREIOBUIRTUTEMDE
UICTOPERSEOREGEDONAUISSET

*

(51) . . . . *argen*
TUMADDISS*ep*RI*mustraditur*
CA*ruili*IUSPOLIOEQUESROMA
NUSNONUTOPERIRETAUTDELI
*ac*ASPECIE*faceret*SEDPUNICA
*na*EADEMET*aureos*FECIT
NEOMULTOPOSTARGENTEIDELIA
COSIMITATISUNTQ.OMNIAEX
piauit . . . .

*

(52) . . . . *fuis*
SEROMA*c*CONST*atmultosq.ob*
EAPROSCRIBTOSDOLOCON*c*UPIS
CENTIUM ERUBES*c*ANT*a*N
NALESQUIBELLUMCIUILE*ill*LUD

(52) . . . .
*nomi*NERUTUND*usdispensa*
TORHISPANIAECITER*iorisquin*
GENTENARIAM*lancem*

*

(52) . . . .
. . . .
. . . .
PUEROQUADRATAETCONPACTAAU*t*
ACEREOPERTAA.CITROCOEPISSES.
MOXADDITUMARGENTUMINAN
GULOSLINEASQ.PERCOMM*istur*
ASTYMPANA*ueroseiuuene*
APPELLATUMASTAT . . . .

*

(53) . . . .
. . . . *idqueiampri-*
DEMUTIGNOSCAMUSNOBISD*el*
P*hino*SQUINOSMILIBSESTER*tium*
INLIBRASEMPTOSC.GRACCHU*s*

Fol. I. Pagina versa.

(53)
ESTNUMQUA*mpropter*
*u*ERECUNDIAMAUSUM*con*
stateundem$\overline{HS}$VIM.INSINGU
las . . . .

(54)
DIUI*au*GUSTIINTEMPORUMA
DULATIONETRANSISSEFALSOEXIS
TIMATURIAMENIMTRIUMPHOMAG-
ni . . . .

*

(53) . . . .
. . . . *admi*
RARIOPULENTIAMEXTERNAM*im*
*Mens*OETACAICAEUICTORIAEMO
MENTOADINPELLENDO*s*MORESQ*uae*
*etip*SAINHOCINTERUALLOANNOU*r*
*bisdcviiiparta*SIGNAETTABUL*a*S
*pictas*INUEXITNEQUIDDEESSET

(54) . . . . *hab*ENTEMETQ*uid*
HAECATTINETCOLL*igerecuMca*
PULIMILITUMHOREETIAMFASTI
DIOCELENTUR*arge*NTOUAGI*nae*
CATILLISBALTE*ilam*INISCREP*itent*
IAMUEROPEDAGOGIAINTRANSITU
UIRILITATISCUSTODIANTURAR
gento . . . .

*

(53)
ALIQUIUETERUMC.MARI
*uspostuictoriam*CIMBR*ic*A∽ .
*can*THA*ri*SPOTASSELIBERIPATRIERE∽
plo . . . .

(54)
BALINEASITAUTUESTIGIOLOCUS
NONSITCUMUIRISLAUANTIUM
FAB*ri*CIUSQUIBELLICOSIMPER
atores . . . .

Fol. II. Pagina recta.

*

(55)
. . . NULLUMEXSTAREDICITURAEPE
SIDIANAETEMPLIAUTCAPITOLINI
INCENDISUARROEXAEREUMSIG
NU*m* . . . .

(55)
LICERETEXPRIMERETAMOPPOR
*tu*NAINIURIAESUBTILITASERAT
HABUITETTEUCERFAMAMSUBITOQ.
. . . .

Fol. II. Pagina versa.

*

(56) . . . .
*inpul*UEREEST. SILEPINGEREINS
TITUEREPRIMIPOLIGNOTUSET
MICONATTICODUMTAXATSECU*ta*

(57) . . . . *ra*
TIOINPICTURAADINCISURA*shoc*
ESTUMBRASDIUIDENDAS*ablu*
MINE ESTETUTILISSIMU*m*

Fol. III. Pagina recta.

Col. a.

. . . .

*quaep*LERUMQ.E*rantromae*
*ut*EXPRIME*r*ETURAU*ctoritas*
*reru*M.

C.PLINI*i* SECU*ndi*

NATURALISHISTO*riae*

LIBER*x*XXIII.EXP*licit*

POSTMORTEM.IN*cipit*

EIVSDEMLIBE*rxxxiiii*

FEL*i*CITER.

Col. b.

*liBroxxxiiii*CONt*ine*N*tu*R
AE*r*IS*metal*LA
GENER*aaeri*S.
QUAE*corint*HIA
QUAE*deliac*A
QUAE*aegine*TICA
DECAND*elab*RIS
DETEM*ploru*MORN*ame*N.E*xa*ER*e*
QUOD*prim*MDEI*sim*ULACRU*m*
RO*maee*XAERE*fact*UM.
DEORI*gine*s*ta*TUA*rum*ET*ho*
NO*re*
STATU*arum*GENERA*etfi*G*ur*A*e*
ANTIQ . . . STATUAS*tog*ATA*s*I
NE . . . IS . . IS
QUAEL*oricata*ESTATU*aer*OMAE
QUIB*usprim*UMPUB*li*CEPOSI*ta*
QUIB*usprim*UMINC*olu*MNA
QUA*ndo*ST*atuarostrata*
QU*andoequestre*SRO*mae*PUBL*ice*
*posi*ITAE
Q*uibusrom*AEMU*lieri*B.IN*pu*
B*lico*POSITA*e*
Q . . . . AI . . . OM . . . E
*pu*BLICAEP*osit*A
QUAN*doo*MNESP*ublicaepriva*
TA*estat*UAEEX*publicosub*
LA*tae*
QUA*eprim*AABEX*ter*NIS*p*UB*li*
C*epos*ITAE
FUIS*seant*IQUITU*s*INITA*lia*
S*tatua*RIOS
DEP*retii*SSIGNOR*u*MIN*modicis*
DECO*lossis*INURBE*ce*LEB*errimis*
NOB*ilitas*EXAE*re*OPE*rum*.

Fol. III. verso.

Col. 1.

*etarti*FICum
*dif*FER*entiaeaeris*
DEIRO*po*
DECAM*panoa*ERE
DESER*van*DOAERE
DECAD*mia*
MEDIC*ina*EEXEA*xv*
AERIS*de*FECT*us*
DESCO*riaae*RIS
DE*sto*RO*mateaer*IS
Medic*in*AE
EX*his* · · XVIII
*a*ERUGO*me*DICINA*e* · · ·
HIERA*ciu*M
SCOLE*xaer*ISMED*icinae* · · ·
DECAL*citi*DEMED*icinae* · · ·
· XORI · · · · ·
· ORIM · · EXEO
· MYSI · · · · EXEO
*ch*ALCAN*tum*SIUEA*tramentum*
SUT*or*IUM · · ·
SPODIO*um*
*a*N*ti*S*podiigenera*
*s*MEGI*ma*
EDIN · · · · · ·
*d*ETRI*ent*ESERUI*lio.*
*def*ER*ri*METAL*lis*
*si*MU*lacr*AEXFER*ro*
*c*ELATU*ra*EEXFER*ro*
*di*FFERENTIAFERR*i*
*d*EFERR*o*QUODUI*uum*
*ap*E*ll*A*t*UR
*robiginis*REMED*ia*
*medici*NEEXFER*ro*

Col. 2.

*medici*NAEEXRO*bi*GINe
*medici*NAEEXSQ*ua*MA
ferri,
*hygrem*PLASTRUM
*deplumb*IMETALLIS
*deplumb*OALBO
*dearge*NTARIO

*deplum*BONIGRO.
*medici*NAEEXPLU*m*BOXV
*medicin*AEEXSCO*ria*PLUMBI

*spodium*EXPLUM*bo.*
*moly*BDENA*medicinae*XV.
· · · · · LUMSUCE*ceru*SSAME
*dicina*EEXEA · · · ·
*sandarac*AMED*icina*EEXEA

*arsenic*UM
· · · · MEDICIN*ae* · · CLVII
· · · · · · · · · · · · · · · · · ·
· · · · *aut*HORIBUS · · · · ·
· · · · · · · · · · · · · · · · · ·
· · · · · CIAS · · · · · ·

Fol. IV.

Pagina recta.

(xxxiv. 2) *utrum*
Q.AMETALLORUM*dominisap*
PELLATUMILLUD*abamicodiuiau*
GUSTIHOCACONIUGE*ueloeisde*
*fec*TUSLIUIANUM . . . .

*

(3) . . . . *ve*
RUMADFECTATIOFUE*ratquippe*
*e*UMTRADATU*rnonaliadecau*
SAUERREMCICERODAMNAUER*at*
PROSCRIBTUMEUMABANTONI*o*

*

Pagina versa.

(3) . . . .
. *qu*AMQUAMHOMINIS
manufactadederitfortunatempera
MENTUMINSIMULACROSIGNIS
Q.ILLUDSUOCOLOREPRETIOS*ↄ*
AD . . . .

*

(6)
*cumipsum*NOMINACANDE
*larumlumineimpo*SITUM*ap*
*pareatacc*ESIOCANDELA
*britalis*FUITTHEONISIUSSU

*

Fol. V. Pagina recta.

(7)
PLACUISSET SYRACUSANA
*suntinp*ANTHΩ*capitacolumna*
RUMABAGR*ipp*APOSITA
*quinetiampriuataopu*LENTIAE
omodo . . .

*

(8) . . . . *anti*
ASQUIDEMHL.CRASSIO*Ratoris*
MULTAETIAMTRICLINIAAERATA
UENDIDISSE EXAEREFACTITA
UEREETSORTIINASTROPEODUM
*nominedelp*HICASQUONIA*ↄ*

*

(8) . . . . *indelu*
BRISAUTARBORUMMALAFERENTI
*umlucentes*QUALISINTEM
PLOAPOLLOINISPALATINIQUODA
lexander . . . .

*

(9) . . . . *romaesimula*
CRUMEXAEREFACTUMCAERERIPRI
*mu*MREPPERIOEXPECULIOSPURI
*ca*SSIQUE*mregnumaffectan-*
*temp*ATERIPSIUS*interemerat*

*

(9)
EASQUOMAGISMI*rumestplacu*
ISSEAURO*integerehocnescio*
ANROMANUMFUERITI*nuentum*
CERTEETIAMROMAENO*n* . . .

*

(9) . . . . *ipsorum*
SIMILITUDINEEXPRESSAQUAS*ico*
NICASUOCANT ATHENIE*nses*
NESCIOANPRIMISOMNIUMAR
MODIOETARISTOGITONITYRA*nni*
cidis . . . .

*

(9) . . . . *excep-*
TADEINDERES*estatotoorbeter*
RARUMHUMANISSIMAAMBI*tio*
NEETOMNIUMM*unicipiorum*
. . . .

*

(9) . . . . LEGER*enturmox*
FORUMETINDOMIB.PRIUATISFAC
TUMADQ.INATRISHONORCLIEN
TIUMINSTITUITSICCOLONOS*patro*
NOSTOGATAEEFFIGIESANTIQUITUS

*

Fol. V. Pagina versa.

(10)
*q*UAS*ac*HILLEASUOCANTGRE
*care*SNIHILUELAREADCONTRA
*roma*NAACMILITARISTORACAS
*add*E*re*CAESARQUIDEMDIC
tator . . . .

*

(10) . . . . *maximafor*
MASTATUAMSIBIPOSUISSECU*m*
*b*REUISADMODUMFUISSET
AEQUESTRISUTRIQ.STATUAERO
MANAMCELEBRATIONEMHA
bent . . . .

*

(10)
. . . . . POSTEAUEROETQUI
*bi*GISUELQUADRIGISUICISSENT
*undeetnostricur*RUSNATII ∽
. . . .

*

(11)
BIGAR*umcelcbratioinhis*
QUIPRAETURAFUNCTICORRU
UECTIESSENTPERCIRCUMANTI
QUIORCOLUMNARUMSI*cut*C
MENIOQUIDEUIXERATPRISCOS

(11)
ROSTRADEUICTISANTIATIB*us*
FIXERAT*anno*URBIS*dv*XV*i*
ITEMC*aiod*UILI*o*QUIPRIUSNA*ua*
LEMTRIUM*phumegit* . . . .
. . . .

*

(11) . . . ATHINAUISTATUAFU
ITANTECURIAMBASISEIUSCO*n*
FLAG*ra*UITCURIAINCENSAP
CLODIFUNEREFUITETHE*r*MAPO
DORIETS . . . .
. . . .

*

(11)
COCLISSTATUAQUAEDURATHO
DIEQ.CUMHOST*es*APON*tesub*
LICIOSOLUSARCUISSET EQUI
dem . . . .

*

(11)
. . . .
PRIMASPUTAREMHASETIATH*i*
NAUIPOSITAS AESTA*tetar*
QUINIPRIS*ci* . . . .
. . . .

Fol. VI. Pagina recta.

*

(16)
PERSIGNIFICATIONEMANNITE ∽
PORISETACUISSEDEUMINDITET
SIGNAQUOQ.TUSCANICAPERTER
RASQDISPERSAQUAEINETRURIA
FACTITATANONESTDUBIUMDEO
RUMTANTUMPUTAREMEAFUISSE
NIMETRODORUSSCEPSIUSCUICOG
NOMENAROMANINOMINISOBI
oinditumest . . . .

*

*

(17)
. . . . *superesse*
CREDUNTURQUISIS*tamortalium*
PERSEQUIPOSSITAUTQUISUSUSN*os*
CENDIINTELLEGATUR
INSIGNIAMAXIMEEXALIQUADEC*au*
SANOTATAU*oluptuariumsitatti*
NISEARTIFI*cesquecelebratos*
NOMINAUISSESINGULORUMQ.
Q.INEXPLICABILIMULTITUDINE

*

Pagina versa.

(18)
. . . .
*moles*QUIPPEEXCOGITATASUI
DEMUSSTATUASQUASCOLOSSEAS
UOCANTTURRIB.PARESTALISEST
INCAPITOLIOAPOLLOTRANSLATUS
*amluculloex*APOLLONIAPO ∽
*tiurbexxxcubi*TORUMD.TA
LENTIS FACTUSTALISINCAM
POMARTIOIUPPITERADIUOCLAUDIO

(18)
PLERAEQ.STATUAEUASTISPECUS
HIANTDEFRACTISMEMBRISSPEC
TANTURINTUSMAGNAEMOLIS
SAXAQUORUMPONDERESTABI
LIBERATCONSTITUENSXII.ANNIS
TRADITEFFECTUMTRECENTISTA
LENTISQ.CONTULERANTE*x*ADPA
RATUREGISDEMETRIRELICTOMO
raetaedio . . . .

Fol. VII. Pagina recta.

(25) *

. . . *necno*NURINAPUERIPRIUS
MACERANTCLAUOSPANESQUAE
QUIDAMEXCUSSUQUAMATTERUNT
QUAEETAQUAPLUUIA*lauant*

(26) . . . . * . . . . *de*
RADITURETAERE*candidoperfo*
*ra*TOADQUEINCADISSUISPENSO
SUPERACETUMAEREOPTURATUM
Q̄.OPERCULO MULTOPROCA*tiore*
*quamsihocide*MSQUAMISFIAT

*

(26) *

Q̄.SINCERASUNTS*uu*MCO*lorem*
DETINETQUAEMIXTAMA*tramen*
TORUBESCIT . . . .
. . . .

(26) . . . . * . . . .
. . . .
FAUILLAFIATPOSTEATERITUR*etre*
CONDITURALIQUIIN*crudis*
FICTILIB.URUNTDONECFIGULIN*um*
PERCOQUATUR NONNULLIE*t*

*

Pagina versa.

(27) *

*uul*NERIEM*pl*ASTRIMISCETURORIS
. . . . GINGIUARUMQ.EXULCERA
*tionemmirificee*MENDATETLAUIO
rumulcera . . . .

(27. 28) . . . . * . . . .
*cumr*ESINAETEREBENTINAETERTIA
*partes*UBACTALEPRASTOLLIT.
*es*TETALTERUMGENUSAERUGINISQUA
UOCANTCOLECAINCYPRIOAEREHIC

*

(29) *

FRIATSESTATIM*mollimatura*
AUTUIDEATURLANUGOCONCRETA
ESTETALIADISTINCTIOQUODCALCHI
*tistriagenera*CONTINETAERIS

(29) . . . . * PUTANTETRE
CENTEMUIINOREMESSE*quoni*
AMINUETERATASORIFIANT
VISEIUSADEXCRESCENTIAINULCE
RIBUSSANGUINEMS*istere*

*

Vetustissimum hocce Plinii exemplum nequaquam suis mendis caruisse, nec nisi duas tresve bonas nobis lectiones suppeditare, ex instituta fragmentorum nostrorum cum secunda Harduini editione (*Parisiis* 1723.) collatione, apparet.

Libr. XXXIII. cap. 50. *p.* 630. *l.* 1. donavisset. Cap. 51. *p.* 630. *l.* 7. adisse. — Polio. Cap. 52. *p.* 630. *l.* 11. fuisse Romae — ea — proscribtos — *l.* 13. Rutundus — *l.* 14. quingentenariam — *l.* 20. conpacta — *l.* 21. coepisse sed — angulos — *l.* 22. appellatum a stat . . . . Cap. 53. *p.* 631. *l.* 1. quinos — *l.* 3. est numquam propter verecundiam ausum. — *l.* 11. Acaicae — *l.* 13. in hoc intervallo — *l.* 16. patri eremplo. — Cap. 54. *p.* 631. *l.* 17. in temporum adulatione. — *p.* 632. *l.* 7. hore — fastidio — celentur. — *l.* 8. pedagogia — in transitu. — *l.* 11. inquam = Cap. 55. *p.* 632. *l.* 16. Aepesi — incendis. — Varro ex — *p.* 633. *l.* 4. crustarius = Cap. 57. *p.* 634. *l.* 1. utilissimum.

Libr. XXXIV. cap. 3. *p.* 640. *l.* 11. adfectatio fuerat. — *l.* 12. quem = proscribtum eum ab Antonio — *l.* 23. quamquam. Cap. 6. *p.* 641. *l.* 1. nomina — *l.* 2. accesio Cap. 7. *p.* 641. *l.* 13. placuisset — Panthœ — *l.* 14. ab Agrippa. Cap. 8. *p.* 641. *l.* 19. L. Crassum = *l.* 20. sortiinas — tropeodum *l.* 22. modo = est = Apolloinis. Cap. 9. *p.* 642. *l.* 3. Caereri — Spuri Cassi — *l.* 7. fuerit — *l.* 9. primis — *l.* 10. Armodio. — *l.* 13. iam = *l.* 15. adque. — atris — honor clientium — *l.* 16. colonos patronos. — Cap. 10. *p.* 642. *l.* 18. est = *l.* 19. ad — toracas *l.* 23. aequestres utrique Cap. 11. *p.* 642. *l.* 28. corru — *p.* 643. *l.* 1. menio — devixerat — *l.* 3. Duilio — *l.* 4. prius — *l.* 7. athinavi. — basis eius — *l.* 8. P. Glodi. — Hermapodori ets. . . . *l.* 10. Coclis. — statua. — *l.* 13. iathi navi — aestate Tarquini. Cap. 16. *p.* 645. *l.* 25. et acuisse — *p.* 646. *l.* 1. inditet — terasque *l.* 3. obio. Cap. 17. intellegatur — tamen = ex — *l.* 16. attinise. Cap. 18. *p.* 646. *l.* 27. statuas. — *l.* 28. talentis. Talis. — *p.* 647. *l.* 12. stabiliberat — tradit — *l.* 13. adparatu — Demetri. Cap. 25. *p.* 661. *l.* 17. panesquae — *l.* 18. vero = excussu quam atterunt. — quae et aqua. Cap. 26. *p.* 661. *l.* 21. adque — suispenso super acetum. *p.* 662. *l.* 1. aere opturatum q. operculo — procatiore. — *l.* 9. sunt — detinet — mixtam — *l.* 13. figulinum. Cap. 27. *p.* 662. *l.* 22. vulneri emplastri — oris . . . gingivarumque — exulcerationem. *l.* 23. laviorum. *l.* 26. terebentinae. Cap. 28. *p.* 663. *l.* 27. coleca. *l.* 28. hic. Cap. 29. *p.* 663. *l.* 7. calchitis. *l.* 9. uiinorem. — sori fiant. — *l.* 10. ulceribus.

CCXXXIV.

9. 10.
M. 6.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. exeuntis vel XII. foliorum 334, in folio, nunc in duo volumina divisus, (vol. I. f. 1—189. vol. II. f. 190—344.)

I. f. 1—324. C. Plinii Secundi Historiae Naturalis Libri XXXVII.

Praemittitur f. 1. rudis icon Vespasiani in throno sedentis, cui Plinius altero genu nixus, librum offert, hac epigraphe:

„*Urbis romane, simul orbis uespasiane,*"
„*Naturas rerum nunc offero rex pie regum.*"
„*Plinius iste docet celum terramque quid ornet.*"

Praeterea fol. 1. v. praemittitur Vita Plinii e Suetonio de viris illustribus, anepigrapha, quae hic incipit hunc in modum: „*Novem* „*menses*" (ubi editiones legunt C. Plinius Novocomensis) „*equestri*-„*bus militiis industri functus.*"

Subiiciuntur f. 325. r. figurae arcae foederis et utensilium templi Salomonis et f. 325. v. diagramma templi Hierosolymitani, cui manus recentior alphabetum hebraicum et rabbinicum adscripsit.

II. f. 326—328. Isidori Hispalensis Originum Libr. IV. cap. 6—13. et cap. 5.

Medicinalibus ex Isidoro excerptis adhaerent: „*De purgatione* „*uentris.*" „*De purgatione sic intelligendum est, aliud est purgatio, aliud* „*euacuatio.*" etc. — „*De initio passionis.*" „*In initio passionis utile* „*est uentrem purgare, urinam prouocare.*" etc. — „*Consideratio pul-*„*suum.*" „*Pulsus bonus et maior oritur de cerebri arteriis et de stomacho ac de corde.*" etc.

III. f. 329. Vindiciani Epistola ad Pentadium Nepotem.

Inscriptio: „*Epistola philosophorum de natura et ordine uniuscuiusque* „*corporis. Vinditianus pentadio nepoti suo salutem.*" Incipit: „*Licet* „*scirem te carissime nepos grecis litteris eruditum ad hanc disciplinam posse,* „*ne quid tibi poscenti ad memoriam denegarem, ex libris medicinalibus* „*ypocratis intima latinavi.*" Ipsa epistola his verbis orditur: „*Corpus igitur* „*hominis ex IIII humoribus constat*" etc. Finit: „*hęc tibi pro nostra memoria* „*religiose nepos dedi, maiora postea nosciturus.*" Est haec verisimiliter Vindiciani de quatuor humoribus Epistola, quae ab Hallero *Biblioth. med. Libr. I. cap. 94*, e codice bibliothecae regiae Parisinae No. 6837, citatur. Eadem, diverso paullulum tenore in cod. 4772. (U. 649.) recurret.

IV. f. 329. v. Antonii Musae de tuenda Valetudine ad Maecenatem Libellus.

Inscriptio: „*Epistola ypocratis de ratione uentris ac uiscerum ad* „*Antiochum regem.*" Incipit: „*Diuidimus autem hominum corpus in* „*quatuor partes, scilicet caput, pectus, ventrem atque uesicam.*" etc. Finis: „*Scripsi autem tibi et temporum descriptiones, ut scias quibus* „*temporibus que apparent, et quid utile uel uitare debeas, scimus enim* „*quando et qui humores in hominibus crescunt.*" Est eadem fere libelli, capite truncati, recensio, quae cum Sexto Placito *Norimbergae 1538. 4°.* est impressa.

V. f. 329. v. — 330. v. Pseudo-Galenus de Succedaneis, περὶ ἀντεμβαλλομένων.

Inscriptio: „*Incipit antibalus gallius ꝑ obseruatio diuersarum* „*specierum pro aliis speciebus.*" Prologus libelli ad calcem est reiectus, hac epigraphe: „*Incipit prologus prescripti operis.*" Orditur: „*Intibalumina* „*Gallienus auctor cum electis philosophorum medicis, scilicet dissu-* „*xiode et filistone nec non et trifonta ac reliquis multis aliis de* „*greco in latinum certatim transtulerunt.*"

VI. f. 331 — 335. »Prognostica signorum maiorum infirmita- »tum, consideranda secundum propriam perfectionis qualitatem.«

Initium: „*Signa stomachorum. Stomatici sunt per hec signa habent.* „*Assidue ante oculos erodarem caliginem pacuntur et uolumina ut cerie* „*uidere sibi uidentur.*"

VII. f. 336 — 339. v. Nomina Herbarum ordine alphabetico, cum Glossis theotiscis.

Herbarium theotiscum primus edidit E. G. Graff *in Diutiska III. 337. ss.* et nuper iterum emendatiorem dedit Hoffmannus Fallerslebensis in *Sumerlaten p. 60. ss.*

VIII. f. 339. v. — 341. Isidori Hispalensis Originum Libr. IV. cap. 6 — 9.

Easdem morborum definitiones ex Isidori volumine sublatas, iam supra f. 326. ss. habuimus.

IX. f. 339. v. — 334. Isidori Hispalensis Originum Libr. XVII. cap. 9 — 11.

Fol. 334. v. Summarius index librorum Plinii volumen claudit.

Codicem saeculo XIII. exeunte fuisse peculium monasterii St. Blasii in Silva Nigra haec nota, f. 1. adscripta docet: „*Iste liber est monasterii* „*sci blasii nigre silve et fuit accomodatus reuerendo in xpo Rou-*

*„dolfo dei gra constantiensi epo anno dni M. CC. LXX. VIII.
„indictione VI. in octaua beatorum apostolorum philippi et jacobi."*

Praeterea adsuta sunt codici membranacea folia 4, olim asserculis quibus tegebatur adglutinata, quibus a manu saeculi XI. haec continentur scripta:

Fragmenta Necrologii monasterii St. Blasii in Silva Nigra, videlicet a XVI. Kal. Novembr. ad VI. Id. Novembr. et deinde a VI. Kal. Ianuar. ad II. Kal. eiusdem mensis. Nomina, quibus dignitas adscripta est, in hisce necrologii fragmentis sunt: XVII. Kal. Nov. *„Adelbero episcopus." „Rudolfus rex."* († 1080.) *„Chuno comes."* — XV. Kal. Nov. *„Wecil comes."* — XIII. Kal. Nov. *„Heinricus dux.* — XII. Kal. Nov. *„Wernherus abbas."* — XI. Kal. Nov. *„Albertus abbas fructuariensis." „Heirrardus episcopus."* — X. Kal. Nov. *„Nicolaus abbas."* — IX. Kal. Nov. *„Chunradus episcopus augustensis."* — VI. Kal. Nov. *„Dietericus abbas." „Sigefridus abbas." „Udalricus comes.* — Non. Nov. *„Gerhardus comes.* — VIII. *„Eberhardus abbas.* — IV. Kal. Ian. *„Reginbertus fundator loci istius." „Wlfhilt ducatrix." „Teitericus basiliensis episcopus." „Hermanus abbas."* — II. Kal. Ian. *„Liutfridus abbas."*

Sequitur: Tenor confoederationis inter Fructuariensem (*Frudelle* in dioecesi Taurinensi) congregationem et monasterium St. Blasii. Incipit: *„Notum sit omnibus tam presentibus quam absentibus „quod congregatio fructuariensis et sci blasii monasterii tali „tenore coniuncti sunt."* Finis: *„Senioribus de mura"* (in Argovia) *„et de „chotewic"* (Gottweih) *„et de wibelingen"* (Wiblingen) *„et de Alpirspach* (Albersbach seu Aldersbach in Franconia) *„faciendum est „sicut fructuariensibus, hoc superaddito, quod illo die quo brevis „eorum in nostro capitulo pronuntiatur, etiam in refectorio prebenda donatur, et in libro uite scribuntur."*

— *„Hoc est pactum quod inter duo monasteria scilicet hirsaugiense et „sci blasii constituerunt abbates eorundem monasteriorum Willehelmus et Uto, cunctis fratribus uoluntarie assensum prebentibus."* Sequuntur deinde nomina congregationum religiosarum, quibus S. Blasiani foedere precum coniuncti, eadem pietatis officia ac Hirsaugensibus persolvenda habent, videlicet: *„fratribus augiensibus"* (Augia dives), *„rinaugensibus"* (Rheinau), *„de scafhusin"* (apud S. Salvatorem in Scafhusia), *„de Breginzo"* (Bregenz), *„de sco georgio"* (St. Iörgen in Sylva Hercynia), *„de altorf" „de petrishusin"* (Petershausen prope Constantiam), *„de zwiuiltun"* (Zwiefalten), *„de weizinisbrunnin* (Wessobrunn), *„de isinum"* (monasterium Isnense St. Georgii), *„de „monte sci petri in buwaria"* (Petersberg in Bavaria), *„canonicis „turegensibus"* (Turiciensibus), *„senioribus de nernistheim"* (Neresheim in Suevia), *„canonicis de marchbach"* (prope Argentoratum),

„fratribus de ***meiginmünstere***" (Masmünster), *„sanctimonialibus de „****Turego***" (Turico), *„canonicis* ***harreidenensibus***" (Harrieden), *„canonicis de* ***reitinbouch***" (Raitenpuch in Bavaria), *sanctimonialibus de „****Waltchilcho***" (Waldtkirchen in Brisgowia), *„senioribus de* ***sca Afra*** *„in* ***augusta*** *civitate,"* *„senioribus de* ***niderbach***" (Niedernbach in Alsatia), *„senioribus de* ***wagenhusen***" (cella monasterio S. Salvatoris in Scafhusia subiecta. Vid. Gerb. *Hist. Silv. nigr. I. 486.)* *„senioribus de „****beinwilare***" (Beinweiler in dioecesi Basileensi), *„sanctimonialibus de „****Altinmunstere***" (Altenmunster sive Altonis cella in Bavaria superiore), *„canonicis de* ***lutinbach***" (Lautenbach ad Moenum), *„seniori- „bus de* ***reginherisbrunnin***" (Reinhardsbrunn in Thuringia?) *„sanc- „timonialibus de* ***andela***" (Andlau in Alsatia), *canonicis de* ***spira,***" *„senioribus de* ***chamberch***" (Camburg in dioecesi Herbipolitana), *„senio- „ribus apud* ***coloniam*** *in monasterio* ***sci pantaleonis*** *consistenti- „bus,"* *„senioribus de* ***sigebero***" (Sigeberg prope Coloniam), *„se- „nioribus de monasterio* ***sci Jacobi*** *prope* ***mogonciam,*** *et illis de „****sco albano*** *apud eundem ciuitatem,"* *„senioribus de* ***augia scę marie***" (Marienau ad Rhenum), *senioribus* ***calmosiacensibus***" (?) *„canoni- „cis de* ***cella marię*** *in* ***silva nigra***" (Mariazell in Silva Nigra), *„senioribus de monasterio* ***scę waltpurge,*** *quod situm est in silva que „dicitur* ***heilegenuorst***" (inter Hagenowiam et Weissenburgum), *„senio- „****ribus*** *de* ***geigenbac***" (Gengenbach in Silva Nigra), *senioribus de mo- „****nasterio sci georgii,*** *quod situm est juxta* ***radisponam***" *„cano- „nicis de* ***cella sci Rutolfi***" (Rutolfszell), *„senioribus de monasterio „****sci michaelis,*** *quod situm est in episcopatu* ***pabinbergensi***" (Michelfeldt in Franconia.)

„Tali tenore ***massilienses*** *fratres couniti sunt monasterio* ***sci*** *„****Blasii.***" — *„Pactum istud firmauerunt abbas* ***massiliensis bern- „hardus*** *et abbas monasterii* ***sci blasii,*** *anno IV. septimi* ***Gregorii*** *„pape. I. anno* ***Rudolfi*** *regis, II. Non. Obtobr. Fer. VI."* (1077.)

CCXXXV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro ornatis, foliorum 431, in folio. 2. / R. 925.

C. Plinii Veronensis Secundi Historiae Naturalis Libri XXXVII.

Libros nonnisi XXXVI. librarius numerat, secundum enim praemissa ad Vespasianum praefatione primum inscribit, elenchis extra librorum seriem praefationi praemissis, quamvis in summario indice fol. 1. recte XXXVII. numerentur, et de primo addatur: *„Primus continet tantum capitula cum „auctoribus ceterorum XXXVI sequentium librorum."* Desinit autem in his

Libri XXXVII. cap. 76. verbis: „*et prius quam ad oculos perveniant desi-„nens nitor,*" addita hypographe: „*Explicit* ***Plinius Secundus. Ni-„cholaus Ricius Spinosus*** *vocatus diligentissime hunc librum „scripsit.*"

Deest itaque Libri XXXVII. capitis 76. pars posterior et caput 77. totum, plane ut in Cod. Laurent. Plut. LXXXII. 1. 2. (Bandini *Catalog. III. col. 185—186.*) Saec. XIII., cuius nostrum hunc esse apographon, similis etiam in utroque libros numerandi oeconomia suspicari suadet.

Codicem anno 1668. fuisse collegii Leopoldini Soc. Iesu in Austria, inscriptio fol. I. docet.

CCXXXVI.

99. / H. f. 25. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 79, in folio.*

C. Plinii Caecilii Secundi Epistolarum Liber I—VII. et IX.

Deest liber VIII. et X. Octavus codicis nonus est editionum. Inscriptio: „*Gaii Plinii Secundi Novocomensis Oratoris facundissimi epistolarum liber primus incipit.*" Subscriptio: „*C. Plinii secundi Novocomensis Oratoris facundissimi liber octavus et ultimus explicit.*" Graeca a prima manu ubique praetermissa, a secunda hinc inde suppleta fuerunt. Unde auctor catalogi Hohendorfiani habuerit, codicem ab Ubertino de Rota fuisse exaratum, omnino ignoro.

CCXXXVII.

298. / R. 290. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 158, in octavo.*

I. f. 1—129. C. Plinii Caecilii Secundi Epistolarum Liber I—VII. et IX.

Liber VIII. codicis, editionum est IX. serie epistolarum paullulum mutata; octavus et decimus desunt.

II. f. 130—158. Platonis Epistolae Leonardo Aretino interprete.

III. f. 158. Laurentii Vallae Epistolae binae ad Marinum Tomacellum.

CCXXXVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. in fronte exhibens arma, quae ad Ioannem III. archiepiscopum Salisburgensem esse referenda, supra ad Cod. III. coniecimus, foliorum 105, in quarto. 141. S. 7.

I. f. 1—78. C. Plinii Caecilii Secundi Epistolarum Liber I—VII. et IX.

Liber IX. editionum codicis octavus est, octavus et decimus desunt.

II. f. 78—105. C. Plinii Caecilii Secundi Panegyricus Traiano dictus.

Totum volumen a secunda manu passim correctum, quae etiam in fine notavit: „*Bude 1464. May. 23.*" Nobis e bibliotheca archiepiscopali Salisburgensi accessit.

CCXXXIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. anno 1468. Florentiae scriptus, literis initialibus pictis et auro ornatis, foliorum 191, in folio. 48. S. 1. c.

I. f. 1—15. Plinii de Viris illustribus Liber.

Inscriptio: „*C. Plinii Secundi Veronensis Novocomensis* „*Oratoris liber illustrium virorum incipit.* Subscriptio: „*C. Plinii Se-* „*cundi Veronensis Liber illustrium virorum incipit.*"

II. f. 15. v.—92. C. Plinii Caecilii Secundi Epistolarum Liber I—VII. et IX.

Subscriptio: „*C. Plinii Secundi Veronensis Oratoris Epistola-* „*rum liber octavus et ultimus explicit. Transcriptus Florentiae III* „*Idus Jan. anno salutis nostrae M. CCCC. LXVIII. Paulo II*º *Romae* „*Pont. Max.* Τέλος."

Liber codicis VIII. editionum est nonus, editionum octavum et decimum non habet. Graeca desunt.

III. f. 93—94. Ioannis Mansionarii Vita duorum Pliniorum.

Inscriptio: „*Duorum Pliniorum Veronensium Vita per Johannem* „*Mansionarium Veronensem breviter adnotata foeliciter incipit.*" Orditur: „*Plinii duo fuisse noscuntur, eodem nomine et praenominibus ap-* „*pellati, hoc titulo: C. Plinius Secundus Veronensis orator*" etc. Eadem exstat in codice Florentino XXXIV. (apud Bandinium *II. 421.*) absque auctoris nomine.

IV. f. 95 — 123. C. Plinii Caecilii Secundi Panegyricus Traiano dictus.

Inscriptio: „*C. Plinii Secundi Veronensis Novocomensis oratoris Panegyricus Trajano dictus Imperatori XIV. foeliciter incipit.*" Subscriptio: „*Plinii Secundi Panegyricus, quem dixit Trajano Im-„peratori explicit.*"

V. f. 123—136. v. Latini Pacati Drepanii Panegyricus Theodosio M. dictus.

Inscriptio: „*Incipit Panegyricus Latini Pacati Drepani dictus „Theodosio imperatori.*" Subscriptio: „*Latini Pacati Drepani „Panegyricus explicit.*"

VI. f. 136. v.—144. v. Claudii Mamertini Gratiarum Actio pro Consulatu ad Iulianum Imperatorem.

Inscriptio: „*Incipit gratiarum actio Mamertini de consulatu suo „apud Imperatorem Julianum.*" Subscriptio: „*Mamertini gratiarum „actio Juliano Imperatori facta explicit.*"

VII. f. 144. v.—154. Nazarii Panegyricus Constantino Augusto dictus.

Inscriptio: „*Incipit Panegyricus Nazarii dictus Constantino Im-„peratori.*" Subscriptio: „*Nazarii Panegyricus Constantino Impe-„ratori dictus explicit.*"

VIII. f. 154—157. v. Eumenii Gratiarum Actio Constantino Augusto Flaviensium nomine.

Inscriptio: „*Incipiunt Panegyrici diversorum auctorum et materiarum „Constantino rursus Imperatori.*" In margine a prima manu: „*Auctor „hujus Panegyrici fuit Gallicanus Heduus, qui pro patria et conci-„vibus suis agit gratias imperatori de acceptis beneficiis.*"

IX. f. 157. v.—163. Eumenii Panegyricus Constantino Imperatori dictus.

Inscriptio: „*Incipit rursum alius Constantino Imperatori Panegy-„ricus dictus.*" Subscriptio: „*Panegyricus secundus Constantino dic-„tus explicit.*"

X. f. 164—167. Incerti Panegyricus Maximiano et Constantino dictus.

Inscriptio: „*Incipit tertius ad Maximianum et Constantinum „Imperatores.*" Subscriptio: „*Panegyricus tertius explicit.*"

XI. f. 167—172. Eumenii Panegyricus Constantio Caesari recepta Britannia dictus.

Inscriptio: „*Incipit quartus ad eundem Constantinum Imperato-„rem.*" Subscriptio: „*Panagyricus quartus explicit.*"

XII. f. 172—176. Eumenii pro restaurandis Scholis Oratio.

Inscriptio: „*Incipit quartus ad . . . . quod Eumenes dixit.*" Subscriptio: „*Panagyricus quintus explicit.*"

XIII. f. 176. v.—180. Claudii Mamertini Panegyricus Maximiano Augusto dictus.

Inscriptio: „*Incipit VI. ad Maximianum, qui una cum Diocli-„tiano imperavit.*" Subscriptio: „*Panagyricus VI. explicit Maximiano „dictus.*"

XIV. f. 180. v.—184. Claudii Mamertini Panegyricus Genethliacus Maximiano Augusto dictus.

Inscriptio: „*Incipit Genethliacus ejusdem.*" Subscriptio: „*Maximiani „Augusti Genethliacus explicit.*"

XV. f. 185—191. Incerti Panegyricus Constantino Augusto dictus.

Inscriptio: „*Incipit qui dictus est Constantino Constantii filio.*" Subscriptio: „*Panagyricus Constantino Constantii filio dictus ex-„plicit foeliciter.* Τέλος."

CCXL.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 64, in quarto. 254. / U. 236.

I. f. 1—9. Cornelii Nepotis de Vitis excellentium Imperatorum Fragmentum.

Insunt: Hamilcar, Hannibal et Timoleontis particula.

II. f. 9. v.—29. Plinii de Viris illustribus Liber.

Inscriptio: „*Caii plinii secundi oratoris veronensis de viris illu-„stribus liber incipit feliciter.*"

III. f. 29. v.—38. P. Sexti Rufi de Historia Romana Libellus.

Inscriptio: „*Publii Sexti Ruffi libellus feliciter incipit de gestis „Romanorum ad Valentinianum.*"

IV. f. 38—54. **Francisci Petrarchae Liber Augustalis.**

Inscriptio: „*Liber augustalium per d. franciscum petrarcham.*"

V. f. 55—64. **Basilii Magni de legendis et audiendis poetis Sermo, Leonardo Aretino interprete, cum eiusdem praefatione ad Coluccium.**

Leonardi Aretini versio primum impressa est *Mediolani, 1474. 4º* Erant in hoc codice praeterea Luciani quidam liber, et Theophrasti characteres, ut e thecae inscriptione colligitur, nunc avulsi.]

CCXLI.

3155. II. p. 596. *Codex manuscriptus, partim membranaceus (f. 1—14.) partim chartaceus, saeculi XV. foliorum 174, in folio.*

I. f. 1—14. **Plinii de Viris illustribus Liber.**

Inscriptio: „*Gai Plinii primi oratoris veronensis libellus de viris* „*illustribus incipit.* Subscriptio: „*Gai Plinii primi oratoris veronen-* „*sis libellus de viris illustribus explicit.*"

II. f. 15—52. **Dictys Cretensis, sive Lucii Septimii Ephemeridos Belli Troiani Libri VI.**

Inscriptio prooemii: „*Epistola septimini.*" Inscriptio libri primi: „*Ditis gnosii cretensis scriptoris belli troiani liber primus incipit.*"

III. f. 54—89. **Cornelii Nepotis Vitae excellentium Imperatorum.**

Inscriptio et subscriptio nulla. Insunt: 1. Hannibal. 2. Hamilcar. 3. Timoleon. 4. Epaminondas. 5. Cato (cui subiungitur Corneliae Gracchorum matris epistola). 6. Pelopidas. 7. Agesilaus. 8. Eumenes. 9. Phocion. 10. Timotheus. 11. Miltiades. 12. Themistocles. 13. Aristides. 14. Pausanias. 15. Cimon. 16. Lysander. 17. Alcibiades. 18. Thrasybulus. 19. Iphicrates. 20. Chabrias. 21. Conon. 22. Dio. 23. Datames (absque prooemio). 24. Atticus.

IV. f. 95—103. **Plutarchi Vita Cimonis, Leonardo Iustiniano interprete, cum eiusdem praefatione ad Henricum Lusignanum Cypri principem.**

Inscriptio et subscriptio nulla. Exstat haec versio inter *Plutarchi vitas, Parisiis apud Vascosanum 1558. fol.* a Gemusaeo editas *f. 247. ss.* Cfr. etiam *Giorn. dei letterati d'Italia IX. p. 185.*

V. f. 103—121. v. **Plutarchi Vita Luculli, Leonardo Iustiniano interprete.**

Inscriptio et subscriptio nulla. Exstat *Edit. cit. f. 258. ss.*

VI. f. 121. v. — 135. v. Plutarchi Vita Phocionis, Leonardo Iustiniano interprete, cum eiusdem praefatione ad Marcum fratrem suum.

Inscriptio et subscriptio nulla. Exstat *Edit. cit. f. 347. ss.* ubi tamen perperam Lapo Florentino tribuitur. Vid. *Giorn. dei letterati d'Italia t. IX. p. 185.*

VII. f. 135. v. — 150. Plutarchi Vita Catonis Uticensis, Leonardo Aretino interprete.

Inscriptio et subscriptio nulla. Exstat *Edit. cit. f. 356.* ubi Lapo Florentino tribuitur. Leonardus Aretinus interpres dicitur in *Cod. 119. (S. 404.)*

VIII. f. 151 — 174. Raphaelis de Pronasio Genuensis de Arte Magica Liber.

Inscriptionem opusculi in indice contentorum codicis fol. 1. praefixo habemus: „*Raphaelis Pornasii* (sic) *sacrarum litterarum professoris de* „*arte magica.*" Opusculum sic orditur: „*Contingit interdum invenire non-* „*nullos adeo sensibus inherentes, ut nihil credendum ducant, quod sensu* „*non percipiant.*" Meminit auctor in fine prologi alterius libelli, eiusdem argumenti a se compositi, his verbis: „*Cogitavi post eum compendiosum et* „*brevem tractatum, quem de hac re ad insignem phisicum magistrum* „*xpoferum de Regio dudum scripseram, nunc de eadem re altius* „*ordiendo, librum hunc edere, latius materiam continentem.*" Opus XX capitibus absolvitur. Capite XVIII. narratur: „*daemonem incubum posse* „*colligere semen quorumdam animalium naturae humanae proximorum,* „*et sic de urso generatos in Saxonia eos, qui dicuntur de Domo Ur-* „*sinorum, quae hodie inter Romanos habetur celebris.*" De Raphaele Pronasio sive Parnasio, Genuensi ordinis Praedicatorum circa ann. 1465. fatis functo, eiusque scriptis vide Altamurae *Bibliothec. Dominic. p. 187 et 516.*

IX. f. 174. Raphaelis de Pronasio Genuensis de Angelica Veritate ad Abbatem de Fosse Epistola.

Inscriptio: „*Eiusdem Raphaelis epistola de Angelica veritate ad* „*Abbatem de Fosse.*" Incipit: „*Per uenerabilem monachum uestrum* „*edoceri postulastis, nunquid ea quae nuper in festo Angelorum in eccle-* „*sia uestra predicaveram . . . . . possent philosophorum obtestatione ful-* „*ciri*" etc.

Codex, quemadmodum e thecae inscriptione colligitur, pertinuit olim ad Iacobum Parleonem Ariminensem Iuris doctorem.

CCXLII.

49. H. p. 97. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. in fronte pictus, arma regiae domus Aragonio-Neapolitanae exhibens, foliorum* **236**, *in folio.*

I. f. 1—90. r. C. Cornelii Taciti Annalium Lib. XI—XVI.

II. f. 90. r.—204. v. C. Cornelii Taciti Historiarum Libri V.

Liber V. abrumpitur his §. 23. verbis: „*navium magnitudine potiorem.*"

III. f. 205—217. r. C. Cornelii Taciti Germania.

CCXLIII.

30. φ. 14. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. fol. 1. inter varias picturas figuram Pegasi, et intra anulum aureum: »Ioviani »Pontani Umbri« nomen exhibens, foliorum 285, in folio.*

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri XII.

Codicem Ioannes Sambucus pretio VII aureorum Neapoli emit, atque varias lectiones margini et inter lineas passim adscripsit, et in fine haec adnotavit: „*finita collatio cum aliis 7. Februarii 1568.* σὺν θεῷ *in tertia* „*septimana. Sambucus P.*"

CCXLIV.

101. R. 2079. a. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum* **213**, *in folio.*

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri XII.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*M. F. Quintiliani institutionum* „*oratorum ad Victorinum Marcellum liber ultimus explicit feli-* „*citer.*"

CCXLV.

105. U. 982. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis auroque distinctis, foliorum 278, in folio.*

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri XII.

Codex ut e compactura apparet olim Corvinianus, arma primo folio adpicta a fure deleta fuerunt. Involucro adscriptum est: „*Liber est Ioannis* „*Alexandri Brassicani, philosophi et jureconsulti. Budę, anno 1525. Mense xbris, die VI.*" Munificentia Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis anno 1540. collegio studentium ad S. Nicolaum accessit.

CCXLVI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 154, in folio maximo. 3100. / R. 919.

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri XII.

E collegio Vindobonensium Iesuitarum ad nos translatus.

CCXLVII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 359, in folio. 3101. / φ. 11.

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri XII.

Pertinuit liber primum ad Ianum Parrhasium, deinde ad Ioannem Sambucum pervenit, qui margini lectiones varias aliorum codicum adscripsit.

CCXLVIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 226, in folio. 3135. / U. 983.

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri XII.

Subscriptio: „*M. F. Q. institutionum oratoriarum ad Victorium* „*Marcellium liber ultimus explicit.*" „*Quem feci scribi ego Antonius* „*Bartholomei franchi de pisis, Constantie a. d. M. CCCC.* „*XVI.*" In theca legitur: „*Librum hunc presentem suo in testamento le-* „*gavit ad domum collegii ducalis wienne apud fratres predicatores pro* „*studio theologiae egregius et venerabilis vir et dominus olim magister* „*Thomas de hasselbach arcium et theologie professor eximius, in* „*perchtoltzdorff plebanus famosus atque etiam ad scm. stepha-* „*num wienne canonicus promeritus. Sic itaque hoc ut profertur uten-* „*tes volumine studendo ejusdem animam deo precibus reconmendent stu-* „*diosius.*"

CCXLIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 131, in quarto. 215. / II. p. 664.

Iulii Solini Polyhistor.

Subscriptio: „*Julii Solini de situ orbis terrarum et de singulis mi-* „*rabilibus que in mundo habentur liber explicit foeliciter.*"

CCL.

3184. S. 41. b. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 114, in quarto.*

I. f. 1—102. Iulii Solini Polyhistor.

Praemissa f. 1—12. tabula contentorum, inscriptio: „*Julii Solini* „*de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus que in mundo habentur* „*liber incipit.*"

II. f. 103—114. Rufi Festi de Historia Romana Libellus.

Inscriptio: „*Ruffi sexti viri consularis rerum gestarum populi Ro-* „*mani ad Valentinianum Imperatorem.*"

Codici possessores nomina sua adscripserunt: „*Johannes Fuchs-* „*magen Doctor,*" Maximiliani I. Imp. familiaris, et „*Johannes* „*Baptista Longus Notarius Tridentinus.*"

Codicis nostri olim inter bibliothecae episcopalis Tridentinae libros adservati, meminit Gentilottus *Monum. Trident. t. III. p. 384.*

CCLI.

76. S. 2. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. exeuntis, literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 206, in folio.*

I. f. 1—133. P. Papinii Statii Thebaidos Libri XII.

Inscriptio: „*P. Papinii Sursuli Statii Thebaidos liber primus* „*incipit feliciter.*"

Singulis libris, praeter primum, notissima argumenta praefiguntur. Variae lectiones tum a diligenti librario, tum a manu paullo recentiori margini adspersae, haud contemnendae videntur.

II. f. 134—150. P. Papinii Statii Achilleidos Libri II.

Inscriptio: „*P. Papinii Sursuli Statii Achilleidos liber incipit.*" Carmen in quinque libros est divisum, singulis praefixa sunt argumenta hexasticha, primi tale est:

„*Raptor Alexander thalamos bellumque reportat.*
„*Inde Thetis supplex ventos hiemesque precatur.*
„*Denegat ęquoreus rector, tunc moesta repulsâ,*
„*Semiferum Chirona petit, fingitque timores.*
„*Venatu rediens matrem puer excipit ulnis,*
„*Atque super cenam docta testudinę cantat.*"

III. f. 151—206. P. Papinii Statii Sylvarum Libri V.

Inscriptio: „*P. Papinii Statii sylvarum liber primus feliciter incipit.*"

De Sursuli vel Ursuli cognomine, quod a Neroniani aevi rhetore e chronico Eusebiano in Papinium transtulere librarii, vid. G. Voss *de poet. lat. cap. III. p. 45.*

Codex nobis cum aliis bibliothecae archiepiscopalis Salisburgensis libris accessit.

CCLII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, fol. 1, et in theca ostendens arma Matthiae Corvini, Hungarorum regis, constans foliis 56, in quarto. 140 / φ. 142.

P. Papinii Statii Sylvarum Libri V.

Ioannes Alexander Brassicanus librum suum fecit Budae 1525, deinde a Ioanne Fabri episcopo Vindobonensi a. 1540. ad librariam universitatis est relictus, nobis ex arce Ambras accessit.

CCLIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 40, in quarto. 153. / φ. 178.

I. f. 1—21. P. Papinii Statii Achilleidos Libri II.

Carmen in quinque libros dividitur. Inscriptio: „*Papirii Statii* „*Achilleidos liber primus incipit.*" Subscriptio: „*Explicit liber Statii Pa-* „*pirii surculi Achilleydos.*"

II. f. 21. v.—40. Pindari Thebani Epitome Iliados.

Inscriptio: „*Iliados Homeri primus liber incipit.*" Subscriptio: „*Ex-* „*plicit liber Homeri.*"

CCLIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 112, in octavo. 312. / S. 8. o.

I. f. 1—20. P. Papinii Statii Achilleidos Libri II.

Inscriptio: „*Incipit Stacius, quintus liber eticorum.*" Liber II. in vers. 403. abrumpitur.

II. f. 21—27. Matthaei Vindocinensis Comoedia de glorioso Milite.

Inscriptio: „*Comedia de glorioso milite.*" Incipit:

„*Dona dyonee dextre superantia votum*"
„*Militis, imparibus pange Thalya modis.*"
„*Vernat eques, vix prima genis lanugo susurrat,*"
„*Maturumque vigor clamitat esse virum.*"

Finis: „*Dum sua corpus habet, sua sunt connubia cordi,*"
„*Illis ver animi nulla perurit hyemps.*"

III. f. 27—31. Matthaei Vindocinensis Comoedia Milonis.

Inscriptio: „*Comedia Milonis.*" Initium:
„*Hamus amoris edax, et rete capacius orbe,*"
„*Omnia cum capiant, insatianter hiant.*"
„*Hec mihi materia, vigilanter adesto thalya,*"
„*Tamquam de notis eliciendo nova.*"
„*De Milone cano constantinopolitano,*"
„*Carmine romano ludicra greca cano.*"

Finis: „*Ira tepescit, amor exuberat, Afra marito*"
„*Grata prius, post hoc gratior esse potest.*"
„*Sic dum mentis eos confederat unio, gaudent*"
„*Vite curriculo prosperitate frui.*"
„*Nec falero falsum constantinopolis hujus*"
„*Se spectatricem jactitat esse rei.*"
„*Nec levis arbitrium lingue, non livor obumbret*"
„*Debile Matthei Vindocinensis opus.*"

Carmen ex ipso hoc et CCLXXVII codice, primus edidit cl. Hauptius *Exempl. poes. lat. med. aev. p. 18. ss.* quem de auctore consule.

IV. f. 31—40. Matthaei Vindocinensis Comoedia Aldae.

Inscriptio: „*Incipit Aldă.*" Initium:
„*Dum parit Alda perit, Ulfus pro conjuge natam*"
„*Diligit, atque vices in patre matris agit.*"
„*Ne vir eam ducat vel ipsa virum, pater illam*"
„*Claudit, eam Pirrus nomine captus amat.*"
„*Servus eam fallit, anus adjuvat, hinc mulierem*"
„*Sentit mentitum clausa puella marem.*"
„*Concipit illa, pater queritur, tandemque reperta*"
„*Artificis fraude fit socer, acta placent.*"
„*Versibus ut pulicis et musce jurgia lusi,*"
„*Occurrit nostro mascula virgo stilo.*"
„*Nominis accipio pro nomine significatum,*"
„*Non potui nomen lege domare pedum.*"
„*Venerat in linguam nuper peregrina latinam*"
„*Hec de Menandri fabula rapta sinu.*"
„*Vilis et exul erat et rustica plebis in ore,*"
„*Que fuerat comis vatis in ore sui.*"

Finis: „*Acta placent culpaque sua laudatur uterque,*"
„*Et deceptoris sponsa fit Alda sui.*"

V. f. 49. v. — 82. Gavifridi de Vinosalvo Poetria nova.

Inscriptio: „*Incipit nova Poetria.*" Exstat in Polycarp. Leyseri *Hist. poet. med. aevi p. 862. ss.*

VI. f. 82. Carmen ludicrum de tribus Sodalibus.

Incipit: „*Tres sumus impense socii, pueroque caremus,*"
„*Hinc pro lege damus, quod prandia nostra paremus*"
„*Tempore quisque suo, famulantibus ante duobus.*"
Finis: „*Insequitur, fugio, dampno, probra dicta refello.*"

VII. f. 82. Argumenta in singula Poetriae novae Gavifridi de Vinosalvo capita.

Inscriptio: „*Accessus novae poetrie.*"

VIII. f. 83 — 89. Theoduli Ecloga.

Subscriptio palindromica:
„*Ahteragram roma iem sidroc evlas roma.*"
„*Finito libro sit laus et gloria christo.*"

IX. f. 89. Petri Pictorii Canonici S. Audomari Versus de Eucharistia.

Inscriptio nulla. Exstant hi versus Hildeberti Turonensis nomine inter eius opera *edit. Beaugendr. c. 1155 et 1149.* Cfr. Schier, *de Hildebert. Turon. opp. p. 45.*

X. f. 90 — 112. P. Ovidii Nasonis Epistolarum de Ponto Lib. I. ep. 1. 2. 4 — 10. Lib. II. ep. 1 — 3. v. 93. Lib. III. ep. 4. v. 63 — ep. 9. Lib. IV. ep. 1 — 4. v. 46.

Codex olim ad collegium Iesuitarum Vindobonense pertinuit.

CCLV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 59, in quarto. 267. / φ. 247.

I. f. 1 — 31. P. Papinii Statii Achilleidos Libri II.

Subscriptio: „*Explicit liber statii achilleydos cujus libri sunt quinque,*
„*et per consequens totum ejus opus, scriptum est manu mei Johannis*
„*ser Antonii pauli de gualteriis de gualdo, sub anno domini*
„*M CCCC XXXI. tempore sanctissimi et in xp̄o patris dn̄i dn̄i eugenii*
„*divina celestique providentia pape IV. et die XX. mensis augusti hora*
„*quartadecima ejusdem diey nondum expleta.*"

„Attamen explevi, librumque potentia diva
„Clausit, sub decima hora; duplex Xque diesque,
„Mensis et Augusti quarta, sic refero vobis,
„Grates immensum, tibi me remittere dico,
„Sunt mihi post partum triplex X, quatuor I.C."

II. f. 31—59. Pindari Thebani Epitome Iliados.

Subscriptio: *„Per me franciscum paulidam opus hoc perfectum „fuisse 1463. 9. Calendas Magii."*

CCLVI.

135. / 143. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 48, in folio minori.*

P. Papinii Statii Thebaidos Libri XII.

Inscriptio: *„Stacius Thebaydos et exposicio ejusdem auctoris."* Expositio tamen nuspiam in codice comparet. Subscriptio: *„Explicit liber „statii thebaydos."*

Fuit olim monasterii *„sancti Jacobi apostoli in bygawia."* (Pegau prope Lipsiam.)

Adhaeret fragmentum Necrologii Bigaviensis, extremos dies Maii, Iunium fere integrum, septem postremos Ianuarii, et novemdecim Februarii dies complectens, e quo sequentia huc transscribimus: *„III. kl. Jun. Adalbero „abbas sci. Viti in Corb. fr. n."* (Cfr. Leibnitz *Script. rer. Brunswic. II. 307.*) *„III. Non. Jun. Gothefridus Abbas Nuenb."* — *„Non. Jun. „Depositio Herperti Archiepiscopi."* — *„VI. Id. Jun. Cunegunt Co„mitissa."* — *„II. Id. Jun. Depositio Arnoldi epi. ɸ. Adelgoti Archiepi. „Hermanni Abbatis Besaugie."* — *„XI. Kal. Jul. ɸ. Ekelinus Abbas „M.C.LXXXIII. ɸ. Fridericus imperator augg. anno MCXI."* etc.

CCLVII.

228. / R. 1130. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 98, in octavo.*

P. Papinii Statii Thebaidos Libri XII.

Subscriptio: *„Explicit l. stacii p. surculi thebaidos ultimus."*

„Associat profugum tideo primus polinicen,"
„. . . . legatum docet insidiasque secundus,"
„Tercius emonidem canit et vates latitantes."
„Quartus habet reges ineuntes prelia septem."
„Mox furie lempni quinto narrantur et anguis."
„Archemaei bustum sexto ludique leguntur,"

„*Dat graios thebis et vatem septimus umbris,*"
„*Octavo cecidit tydeus spes fida pelasgis.*"
„*Hippomedon nono moritur cum partenopeo.*"
„*Fulmine percussus decimo capaneus superatur,*"
„*Undecimo sese perimunt per vulnera fratres.*"
„*Argiam flentem memorat duodenus et ignes.*"
„*Finis adest libri, qui donatur numero primi,*"
„*Plus commendatur, sed non alii reprobantur.*"

Pertinuit olim ad collegium Iesuitarum Vindobonense.

CCLVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 49, in octavo. 251. / Nov. 313.

P. Papinii Statii Thebaidos Lib. II. v. 719. — Lib. VI. v. 699. et Lib. VII. v. 795. — Lib. VIII. v. 128.

Libris II — V. ab alia manu argumenta metrica in margine adscripta sunt.

Pertinuit olim ad collegium Iesuitarum Lincii.

CCLIX.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 51, in folio. 3118. / R. 417.

Lactantii Placidi Scholia in Statii Thebaidos Libros XII.

Subscriptio: „*Finis lactantii super statio thebaidos. Galeotti* „*martii narnensis liber.*"

CCLX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 152, in folio. 129. / H. p. 598.

I. f. 1 — 150. Q. Curtii Rufi de rebus gestis Alexandri Magni Macedonum regis Lib. III — X.

II. f. 150 — 151. Pseudo-Plutarchi Epistola ad Traianum.

Inscriptio: „*Epistola plutarchi philosophi congratulatoria Trajano* „*discipulo suo ad imperium sublimato.*" Vid. Fabricii *Biblioth. graec. edit.* „*Harles. t. V. p. 192.*

III. f. 151. v. — 152. P. Virgilii Maronis Ecloga prima.

In fronte Codicis arma gentis de la Rovere picta sunt.

CCLXI.

3095. H. p. 546. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 54, in folio.*

Sexti Iulii Frontini Strategematicon Libri IV.

Inscriptio: „*Sexti Julii Frontini Stratagematon Li. prim. incipit,* „*et continet exempla quę conpetunt prelio nondum commisso. Secundus quę* „*ad prelium et confectam paccationem pertinent. Tercius quę ad inferen-* „*dam et solvendam obsidionem.*" Subscriptio in fine libri IV. „*Explicit liber* „*Frontini de re militari.*"

CCLXII.

3191. S. 8. g. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. diversarum manuum, constans foliis 165, in quarto.*

I. f. 1—40. Sexti Iulii Frontini Strategematicon Libri IV.

Inscriptio: „*Sexti Julii Frontonii Stratagematon liber, latine de* „*re militari incipit.*" Nulla operis in libros divisio. Fol. 40. subiiciuntur: „*nomina eorum qui gesserunt, et nomina eorum adversus quos gesta sunt* „*bella.*"

II. f. 42—62. Petri Pauli Vergerii de Moribus ingenuis ad Ubertinum Carariensem Libellus.

Inscriptio: „*Petri Pauli hystrii vergerii ad ubertinum* „*carariensem de ingenuis moribus libellus incipit.*" Editus est Vergerii libellus cum Ioannis Bonardi commentario *Venetiis 1498, 4to.*

III. f. 63—74. M. T. Ciceronis Paradoxa Stoicorum ad Brutum.

Inscriptio: „*M. T. Ciceronis liber paradoxa incipit.*" Subscriptio: „*Expliciunt paradoxa M. T. Ciceronis. Deo gratias.*" Opusculum a duobus librariis exaratum est, subnectuntur Guarini Veronensis versiculi, quibus septem Sapientum nomina exprimuntur.

IV. f. 75—86. M. T. Ciceronis Topica ad Trebatium.

Inscriptio: „*M. T. Ciceronis Liber Topicorum incipit.*" Abrumpitur in his cap. 21. verbis: *quibusdam quaestionibus alios esse aptiores locos.*" Manus recentior addidit: „*Explicit liber Topicorum Ciceronis.*"

V. f. 87—107. M. T. Ciceronis de Partitione oratoria Dialogus.

Inscriptio: „*M. T. Ciceronis Arpinatis Liber partitionum ad filium* „*suum incipit.*" Subscriptio: „*Finis harum partitionum.*"

VI. f. 108—117. M. T. Ciceronis e Platone Timaeus, sive de Universo.

Inscriptio: „*M. T. Ciceronis liber de essentia mundi incipit.*" Subscriptio: „*M. T. C. liber de essentia mundi octavo Kal. Septembris feliciter „explicit 1462.*"

VII. f. 118—127. M. T. Ciceronis de Fato Liber.

Inscriptio: „*M. T. Ciceronis liber de fato feliciter incipit.*" Subscriptio: „*M. T. C. liber de fato, septimo Kal. Sept. feliciter explicit 1462.*" Opusculum ab eodem librario est scriptum, qui Timaeum exaravit.

VIII. f. 128—143. M. T. Ciceronis e Platone Timaeus sive de Universo.

Inscriptio: „*M. T. Ciceronis ad Thimeum liber incipit.*" Opusculum ab alio librario scriptum, quam qui illud ipsum supra exaravit.

IX. f. 144—150. Aristotelis Oeconomia, Leonardo Aretino interprete.

Inscriptio: „*Aristotelis Ychonomiae liber.*" Leonardi versio impressa est *Coloniae s. a. 4°.*

X. f. 151—155. Bernardi Carnotensis cognomento Sylvestris Epistola ad Raymundum Castri Ambrosii, de modo rei familiaris utilius gubernandae.

Inscriptio: „*Epistola sancti Bernhardi de gubernatione rei familiaris „ad gratiosum et felicem inclitum dnum Varnaldum dnum castri sct. „Ambrosii.*" Vid. supr. *Cod. XV. 7.*

XI. f. 156—165. Lysiae Oratio pro Eratosthene, Francisco Philelpho interprete.

Inscriptio: „*Lysiae Oratoris de Erotostinis adulteri nece defen„sio feliciter sic incipit.*" Edita est haec versio *Basil. 1522. 4°.*

Codicis nostri olim bibliothecae episcopalis Tridentinae, meminit Gentilottus *Monument. Trident. III. 384.*

CCLXIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. literis initialibus pictis, foliorum 138, in quarto. 183. / H. f. 18.

I. f. 1—36. L. Annaei Flori Epitome Rerum Romanarum.

Inscriptio: „*Incipit Epithoma titi livii de gestis Romanorum.*" Subscriptio: „*Explicit Epythoma titi livii de gestis romanorum a lucio „flore editum.*"

II. f. 37—138. C. Suetonii Tranquilli Vitae XII Caesarum.

Inscriptio nulla. Subscriptio: *„Explicit expliceat. Benedicamus domino „nostro. Miserere."*

Bibliothecae Hohendorfianae e collegio parisino Choletorum accesserat.

CCLXIV.

65. / R. 2263. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. ineuntis, foliorum 96, in folio.*

C. Suetonii Tranquilli Vitae XII Caesarum.

Incipit, folio 1. a codice avulso, in vita Caesaris his verbis: *„(ma) „ternum genus ab regibus ortum."* Desunt praeterea duo folia inter f. 8 et 9, et inter f. 13 et 14. Subscriptio: *„Gay Suetonii tranquilli de vita „duodecim cesarum liber explicit feliciter."* Subiecta sunt demum notissima Ausonii carmina de XII Caesaribus, quae hic inscribuntur: *„Versus „Suetonii poete de duodecim cesaribus."*

Codex e bibliotheca Windhagiana nobis accessit.

CCLXV.

132. / S. 6. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 203, in quarto.*

C. Suetonii Tranquilli Vitae XII Caesarum.

Inscriptio: *„Suetonii Tranquilli Caius Caesar incipit feliciter."* Subscriptio: *„C. Suetonii Tranquilli de duodecim caesaribus liber „finit."*

Pertinuit olim ad archiepiscoporum Salisburgensium bibliothecam.

CCLXVI.

3218. / S. 8. k. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 224, in quarto.*

C. Suetonii Tranquilli Vitae XII Caesarum.

Subnectuntur Ausonii versus de duodecim Caesaribus.

CCLXVII.

184 / H. q. 24. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XVI. ineuntis, literis initialibus pictis et auratis, foliorum 169, in quarto.*

C. Suetonii Tranquilli Vitae XII Caesarum.

CCLXVIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 207, in folio. 3163 / φ. 87.

A. Gellii Noctium Atticarum Lib. I — VII.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

CCLXIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 132, in quarto. 180. / S. 8. c.

Iustini Historiarum Philippicarum Libri XLIV.

Inscriptio: „*Praefatio Iustini breviatoris historiarum Trogi Pompeji feliciter incipit.*" Subscriptio nulla.

CCLXX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 259, in octavo. 304. / E. q. 87.

Iustini Historiarum Philippicarum Libri XLIV.

Inscriptio: „*Justini Epitoma in Trogum Pompeium incipit.*" Subscriptio: „*Justini Hispani Liber XLIIII. et ultimus explicit.*"

CCLXXI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XVI. ineuntis, foliorum 105, in quarto. 200. / H. p. 656.

Iustini Historiarum Philippicarum Libri XLIV.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

CCLXXII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 219, in quarto. 208* / s. n.

Nonii Marcelli compendiosa Doctrina per Litteras ad Filium.

F. 1 — 30. De proprietate sermonum. Inscriptio: *Nonii Marcelli* „*Tiburtini de derivatione verborum liber incipit.*" — F. 30 — 82. v. De honestis et nove veterum dictis. — F. 83 — 168. v. De varia significatione sermonum. — F. 169 — 178. De differentiis verborum. — F. 178 — 185. De impropriis. — F. 185 — 189. v. De contrariis generibus verborum. —

F. 189. v. — 193. v. De mutata declinatione. — F. 193. v. — 195. v. De numeris et casibus. — F. 195. v. — 198. De mutatis coniugationibus. — F. 198 — 201. De indiscretis adverbiis. — F. 201 — 208. De doctorum indagine. — F. 208 — 209. De genere navigiorum. — F. 210 — 212. De genere vestimentorum. — F. 213 — 214. De generibus vasorum et poculorum. — F. 215 — 216. De colore vestimentorum. — F. 216 — 217. De genere ciborum et potuum. — F. 217 — 219. De genere armorum. — F. 219. De propinquitate.

Textus corruptissimus; graecis adscribendis spatia relicta. Caput de indiscretis generibus totum abest.

Codex anno 1835. Parisiis emtus.

CCLXXIII.

311. Ph. 556. *Codex manuscriptus membranaceus, e diversorum saeculorum libris consutus, constans foliis 125, in octavo.*

I. f. 1 — 10. Saec. XII. Hermetis Trismegisti Asclepius, Pseudo - Apuleio interprete.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit Hermes Trimegisti.*"

II. f. 13 — 34. Saec. XI. Liber Alexandri Magni de Proeliis.

III. f. 37 — 54. Saec. XI. Porphyrii Isagoge, Boethio interprete.

Inscriptio: *Incipit Liber Hisagogarum Porphirii.*" In fine paucae lineae desunt.

IV. f. 55 — 78. Saec. XIII. Galenus in Hippocratis Aphorismos, Constantino Africano interprete.

Pertingit dundaxat ad *sect. III. aphorism. 20.*, reliqua e codice exciderunt.

CCLXXIV.

3228. R. 270. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 91, in octavo.*

I. f. 1 — 34. Hermetis Trismegisti Asclepius, Pseudo - Apuleio interprete.

Inscriptio: „*Trimegisti Hermetis Dialogus Lucii Apuleij mandau-„rensis phi platonici in latinum conversio.*"

II. f. 35 — 57. L. Apuleii Madaurensis de Deo Socratis Liber.

Inscriptio: „*Lucij Apuleij mandaurensis, philosophi platonici de* „*deo socratis liber foelicissime incipit.*"

III. f. 57—72. L. Apuleii Madaurensis de Dogmate Platonis Liber.

Inscriptio: „*Lucij Apuleij madaurensis philosophi Platonici de dog-* „*mate Platonis liber foelicissime incipit.*"

IV. f. 72. v. — 91. L. Apuleii Madaurensis Cosmographia sive de Universo Liber.

Inscriptio: „*Lucii Apuleij mandaurensis philosophi Platonici cosmo-* „*graphia sive de mundo ad Faustinum liber incipit.*"

Subscriptio: „τέλος καὶ Θεῷ δόξα."

CCLXXV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. cum plurimis herbarum et animalium figuris, foliorum 157, in folio. 93. R. 258.

I. f. 1. v. — 2. v. Antonii Musae Libellus de tuenda Valetudine ad Maecenatem.

Inscriptio: „*Ippocrates mecenatis vobis salutem.*" Incipit: „*Li-* „*bellum quem roganti tibi promisi omni cura adibita descriptum misi orna-* „*tissimum tue salutis custodem.*" etc. Vid. Antonii Musae *fragmenta* „*cur. Caldani. Bassani, 1800. p. 105—106.* Adiuncta est in fine appendix: „*de temporum observatione,*" quam Caldanius merito reiecit. Desinit nobis hoc additamentum, quod in editione *Norimbergensi ann. 1538.* cum Sexto Placido et alias est impressum (*Vid. supr. Cod. CCXXXIV. 4.*) in „verbis: *tunc nigre fellis.*" — Fol. 3. vacuum est, fol. 4. r. haec corruptissima leguntur:

„*Incipit precatio omnium herbarum. Nunc vos potestis omnes* „*herbas. deprecor exoro maiestatem vestram, vos quas parens tellus gene-* „*ravit et cunctis gentibus medicinam dedit sanitatis, in vos contulit maie-* „*statemque; omni generi humano sitis auxilium utilissimum, hoc supplex* „*exposco precorque, huc adestote cum vestris virtutibus, quia qui creavit* „*vos ipsum permisit mihi ut colligam vos, favente hoc etiam est medicina* „*tradita, est quocunque vestra virtus, prestate medicinam bonam, eam* „*sanitatis gratiam. Precor mihi prestetis per virtutem vestram, ut omnibus* „*viribus quicquid ex vobis fecero.. . . . dedero hoc effectum celerrimum et* „*eventus bonos, ut semper mihi liceat favente maiestate vos colligere, pug-* „*nam vobis fruges et gracias agam per nomen maiestatis, qui vos iussit* „*nasci. Herbarium Antoni Muse quem tradidit N. M. Agrippe* „*cesari explicit.*" Locum habes paullo saniorem apud Bandinium *Catalog. Medic. Laur. III. 36.*

II. f. 4. — 8. v. Antonii Musae de Herba Betonica Libellus, cum figuris pictis.

Inscriptio: „*Incipit epistola antoni muse sive de herba vettonica,* „*quantas virtutes habeat.*"

III. f. 9—127. Apuleii de Medicaminibus Herbarum Liber, cum figuris pictis.

Inscriptio: „*Virtutes herbarum et herbas omnes. Incipiamus alium her-* „*barium. Apohensis urbs platonis. Apoliensis platon ad cives suos.*" Incipit: „*Ex plurimis paucas vires herbarum.*" etc. In calce praefationis: „*Epistola* „*platonis data ad cives suos. Explicit.*" Subscriptio totius libri: „*Hergati-* „*cum platonis feliciter.*"

IV. f. 127. v. Regis Aegyptiorum Epistola medicinalis de Mele sive Taxone ad Octavianum Augustum.

Inscriptio: „*In libellum medicinale in gravi factu* (de graeco factum?) „*de melle bestiola quam alii taxonem vocant.*" Incipit, praemissa figura, quae fere Babyrussam refert: „*De Taxo. Rex egyptiorum octaviano augusto* „*salutem. Plurimis exemplis expertus sum victoriam tuam et prudentiam,* „*his tamen arbitror nunquam incidisse manus tuas tante utilitatis virtute.*" etc. Epitomen habes in Constantini Africani de animalibus libro, apud Ackermann, *Script. parabil. medicament. p. 115.* Subscriptio: „*de mele bestiola* „*liber medicine in brevi factum explixit.*"

V. f. 128—141. Sexti Placiti Papyriensis de Medicamentis ex Animalibus Liber, cum figuris pictis.

Inscriptio: „*Incipit liber medicine sexti placiti ex animalibus et* „*avibus.*" Praemittitur canon capitum, qui sic inscribitur: „*Incipiunt canones* „*libri medicine placiti auctoris ex animalibus, pecoribus, bestiisque et* „*avibus.*" Subscriptio canonis: *Canon libri medicine e placiti explicit.* „*Ex animalibus, pecoribus et apubus feliciter.*" Subscriptio: „*Liber medicine* „*sexti placiti ex animalibus.*"

VI. f. 143—167. v. Dioscoridis Liber de Herbis femineis, cum figuris pictis.

Inscriptio: „*In hoc libro Dioscoridis continetur herbas feminas numero* „*LXXI utilissimas pro usu medicine, cuius canones seblem septem sunt.*" Subscriptio: „*Explicit liber medicine dioscoridis ex herbis feminis.*"

VII. f. 168. Apollinis Epistola de Emplastro contra podagram.

Inscriptio: „*Incipit epistola apollonis de inplastris podagrico satis* „*admirabile.*" Initium: „*Spuma argenti libra una, cerussa ÷ II.*" etc. Subscriptio: „*Explicit feliciter sicuti narii cantibus* (navigantibus) *dulcis est* „*portus, scriptor novissimis versibus.*" Cfr. Bandinium *op. cit. III. 37.*

CCLXXVI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 96, in quarto. 187. U. 388.

I. f. 1. Antonii Musae de Herba Betonica Libellus, cum figuris pictis.

Inscriptio: „*Antonius Musa M. Agrippae salutem.*"

II. f. 1. v. — 18. Apuleii de Medicaminibus Herbarum Liber, cum figuris pictis.

Inscriptio: „*Incipit liber apulei platonis de herbis.*" Ad calcem praefationis: „*Finit prefatio Apulei medici.*"

III. f. 19 — 23. Constantini Africani de Animalibus Liber. *Ackerm. Script. medic. parabil. p. 115. ss.*

Inscriptio: „*Incipiunt virtutes animalium secundum iuvamenta medicine.*"

IV. f. 24 — 36. Pharmacologica varia.

V. f. 37 — 59. Petri Hispani Thesaurus Pauperum.

Inscriptio: „*Incipit liber qui dicitur thesaurus pauperum.*"

VI. f. 55 — 59. Petrus Hispanus de Morbis Oculorum.

Inscriptio: „*Incipit liber Magistri Petri Hyspania.*" In fine praefationis: „*Ego magister petrus hyspanus artis medicine professor, „minimus doctorum, veritatis indagator, hunc librum ex multis libris collegi „racione et experiencia, ad preces mei discipuli Fabiani solernitani, „qui liber oculorum a me est intitulatus.*"

VII. f. 59 — 60. Petri Hispani Tractatus mirabilis Aquarum ad Visum conservandum.

Inscriptio: „*Tractatus mirabilis aquarum quem composuit Petrus „yspanus cum naturali industria secundum intellectum.*"

VIII. f. 60 — 64. Magistri Petri de S. Paulo Experimenta ad Oculos.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Expliciunt experimenta ad oculos Magistri „Petri de sc̃o paulo.*"

IX. f. 64 — 96. Farrago pharmacologica.

Ordo foliorum a compactore turbatus; lacunae plurimae. Folia hac serie erant locanda: 71 — 74. 81 — 82. 89. 90 — 92. 75 — 80. 88. 83 — 86. 87. 65. 66. 70. 67 — 69. 55. 56 — 60. 61 — 64. 94 — 96. 93.

Codex est ex eorum numero quos Ioannes Faber episcopus Vindobonensis bibliothecae universitatis e testamento reliquit.

CCLXXVII.

303. / N. 392. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 166, in octavo.*

I. f. 1—9. Dionysii Catonis Disticha de Moribus ad Filium, cum glossa.

Praemittitur f. 1—6. commentum aliud, cuius hoc est initium: „*Parcium* „*philosophie alia logica, alia ethica, alia phisica.*" etc. Inscriptio: „*Incipit* „*Cato.*" Adhaerent in fine versus de vino fugiendo, quorum hoc est initium:

„*Qui cupis esse bonus et vis dinoscere verum,*"
„*Ut mortis socium sic mordax effuge vinum.*"

II. f. 10—12. v. Martini Laudunensis Novus Cato.

Inscriptio: „*Incipit novus Catto.*" Impressus exstat in Roberti de Euremodio commentario in Catonis disticha *Argent. 1487.* ubi singulorum distichorum illustrationi haec paraphrasis rhythmica subditur, praemissa formula: „*unde novus Cato.*" Cfr. Denis *Catalog. Codd. Theolog. I. 1109. et 2320.*

III. f. 12. v.—22. v. Hildeberti Turonensis Fabulae.

Inscriptio: „*Incipit Esopus.*" Fabulae sunt LX, post plures saeculi XV. impressiones editae inter Fabulas variorum auctorum curante I. N. Neveleto. *Francof. ad M. 1660. p. 486—530.* Fabularum series in codice nostro haec est: I = 1. Edit. Nev. II = 2. III = 3. IV = 5. V = 4. VI = 6. VII = 7. VIII = 8. IX = 9. X = 10. XI = 11. XII = 12. XIII = 13. XIV = 14. XV = 15. XVI = 16. XVII = 17. XVIII = 18. XIX = 19. XX = 20. XXI et XXII = 21. XXIII = 22. XXIV = 23. XXV = 24. XXVI = 25. XXVII = 26. XXVIII = 27. XXIX = 28. XXX = 29. XXXI = 30. XXXII = 31. XXXIII = 32. XXXIV = 33. XXXV = 34. XXXVI = 35. XXXVII = 37. XXXVIII = 36. XXXIX = 40. XL = 39. XLI = 38. XLII = 42. XLIII = 43. XLIV = 44. XLV = 45. XLVI = 46. XLVII = 47. XLVIII=48. XLIX=49. L = 50. (tria nonnisi disticha, reliqua in LIII.) LI = 41. LII = 60. LIII = 50. (partim) LIV = 51. LV = 52. LVI = 53. LVII = 54. LVIII = 55. LIX = 56. LX = 57. LXI = 58. LXII = 59. Textus satis differt. Praefationi metricae alia prosaica in margine est adscripta, cuius initium est: „*Materia huius libri duo continet in se.*" Fabulis I—VI et VIII—XVII praemittitur paraphrasis prosaica. De autore istarum fabularum vide imprimis Lessing's *Werke XIV. 162. ss.* Schwabe *Prolegom. sec. edit.* *Phaedri p. 171—178.* Docen *in Jenaer Literat. Zeit. Intellig. Bl. 1812. No. 34. p. 268. ss.* Ebert *bibliogr. Lexicon No. 9705.* Robert *Fables inedites Par. 1825. I. LXXI. II. 547.*

IV. f. 22. v.—29. Aviani Fabulae XLII.

Inscriptio: „*Incipit Avianus.*" Praemittitur de Aviano notitia: „*Avianus fuit quidam civis romanus, et de melioribus unus, quem rogabat quidam nobilis nomine Theodosius ut pro sua peticione aliquid scriberet, in quo delectari valeret. Cuius peticioni Avianus acquiescens, scripsit quasdam fabulas, in quibus non solum delectari poterat, sed et notare sensum allegoricum.*" etc. Aviani praefatio ad Theodosium in codice non habetur. Margini adscriptae sunt glossulae.

V. f. 29—40. Henrici Septimellensis Elegia.

Inscriptio: „*Incipit Ecloga miseri Heinrici.*" Praemittitur praefatio prosaica quae et in editionibus saeculi XV. habetur, in sequioribus autem desideratur.

VI. f. 40—48. Passio Beatae Catharinae Virginis.

Inscriptio: „*Incipit passio beate katerine virginis.*" Praefatio in hunc modum orditur:

„*Palma triumphalis katherine virginis alme*"
„*A scriptore novo, fit nova lege metri.*"
„*Saepe venustus ager ferro renovatus aratro*"
„*Fertilis efficitur, multiplicatque sata.*"
„*Sic scriptura vetus, scriptore novo reperto,*"
„*Fructum multiplicis utilitatis habet.*" etc.

Ipsum carmen incipit:

„*Urbs famosa fuit a magni nomine dicta*"
„*Regis Alexandri, dote superba situs.*"

Finis:

„*Fine bono vitam da claudi, da subinire*"
„*Regna poli, faciem daque videre tuam.*"

VII. f. 48. v.—51. v. Facetus sive Liber Morum et Virtutum.

Inscriptio: „*Incipit liber morum et virtutum.*" Facetus editus est cum Catone, Theodulo aliisque huius generis carminibus *Lugduni s. a. 4°.*

VIII. f. 52—64. Hildeberti Turonensis Mohamedes.

Exstat inter opera Hildeberti *edit. Beaugendre col. 1277. ss.* Inscriptio: „*Incipit Mammucius deus paganorum.*" Adhaerent in fine 13 versus, qui in editionibus non habentur.

IX. f. 64—71. v. Paracletus, sive Sermo inter Animam peccatricem et Paracletum.

Inscriptio: *Incipit paraclitus.*" Orditur:

„*Vir celebris quondam, qua me sub rupe recondam,*"
„*Ut mea feda tegam, que latebrosa petam.*" etc.

Finis: „*Sanum te video, gracia summa deo.*"

X. f. 72—77. Ioannis de Garlandia Carmen de Synonymis et Aequivocis.

Inscriptio: „*Incipiunt Synonima.*" Initium hoc est:

„*Ad mare ne videar latices deferre, camino*"
„*Igniculum, densis vel frondes addere silvis,*"
„*Hospitibusque pira calabris dare, vina lieo,*"
„*Aut cereri fruges, apibus mel, vel thima pratis,*"
„*Poma vel alcinoo, vel mollia thura sabeo,*"
„*Nil veterum curis curo superaddere dictis,*"
„*Sed dare lac parvis proponens parva pusillis.*" etc.

Finis: „*Fur aurum, virgo flores, mare navita, libros*"
„*Clericus, equivoce singula quisque legit.*"

„*Expliciunt.*" Carmen de Synonymis exstat apud Polyc. Leyserum *Hist. Poet. lat. med. aevi p. 312—338.* Adduntur adhuc sequentes versiculi:

„*Si ·ROGAT· addideris ·CON· congregat, ·E· dat, ·IN· infert,*"
„*·DE· minuit, ·SUB· substituit, ·PER· protrahit, ·INTER·*"
„*Quaerit, ·PRO· superat, ·AB· detrahit ·AD·que superbit.*"

„*Exul abit sine spe patrie rei reditusque;*"
„*Amittit proscriptus opes, non posse reverti;*"
„*Inscriptus manet in patria sed re spoliatur;*"
„*Quisque relegatus sua·cum remeabit habebit.*"

„*Accumbens dormit, discumbens fercula sumit;*"
„*Concumbens dormit, violat; procumbens numen adorat;*"
„*Decumbens plorat; incumbit cui labor instat;*"
„*Occumbens moritur, victus succumbere fertur,*"
„*Excubat in castris homo pervigil, incubat ornix.*"

XI. f. 78—86. v. Pamphilus, sive de Documento Amoris.

Exstat in Goldasti *Catalectis Ovidianis.* Cfr. Muratori *Antiq. Italiae. III. 915.* Inscriptio: „*Incipit Panphylus.*" Subscriptio: „*Explicit* „*panphilus de documento amoris.*"

XII. f. 86. v.—92. Facetus Clericalis Iuvenis.

Inscriptio: „*Incipit Facetus.*"

„*Moribus et vita quisquis vult esse facetus*"
„*Me legat, et discat quod mea musa docet.*"
„*Clericus et laicus, senior, puer atque iuventus,*"
„*Illic instruitur miles et ipse pedes.*"
„*Expedit imprimis cupientes esse facetos,*"
„*Mente, fide, verbo, nobilitate frui.*"

Finis: *„Qui veluti dictum propriam vult ducere vitam,"*
„Aurigena dictus voce facetus erit."
„Explicit facetus clericalis iuvenis."

XIII. f. 92. v. — 102. Baldi Aesopus Novus, sive XXIX Fabulae rhythmicae.

Inscriptio: *„Incipit Novus Esopus."* Initium prologi tale est:
„Versibus istud opus, cuius fuit auctor esopus,
„Baldo quod exegit, rudis eius sermo coegit,
„Artis adhuc prisce quod fictum tempore disce,
„Simplicitate stili, novitatis origine vili." etc.

Subscriptio: *„Explicit Novus Esopus."* Additur ab alia manu: *„Finiri „librum, scripsi sine manibus ipsum."*

XIV. f. 102 — 108. r. Avianus Novus, sive XLI Fabulae rhythmicae.

Inscriptio: *„Incipit novus Avianus."* Initium primae fabulae hoc est:
„Infans dum plorat, nutrix requiescat ut orat,"
„Jurat ni taceat, quod lupus hunc rapiat."

Subscriptio: *„Explicit novus Avianus."*

XV. f. 108 — 112. v. Liber quinque Clavium.

Inscriptio et initium: *„Incipit liber V Clavium."*
„Utilis est rudibus presentis cura libelli,"
„Et facilem pueris prebet in arte viam,"
„Lactis et instar habet matris quod ab ubere sugit"
„Infans, qui nondum mandere dura potest." etc.

Finis: *„Clavis prima datur, si lectio continuatur,"*
„Mente ligans funda quicquid legis ecce secunda,"
„Tertia que sequitur stimulando frequenter aditur,"
„Pandit quarta fores doctori semper honores."
„Quinta caducarum despectio diviciarum."
„Hec claves quinque dicuntur phylosophye."

XVI. f. 112 — 155. v. Pseudo-Ovidius de Nuntio sagaci.

Inscriptio et initium: *„Incipit Ouidius Puellarum."*
„Summi victoris fierem cum victor amoris,"
„Sperabam curis finem fecisse futuris."

Subscriptio: *„Explicit Ouidius puellarum."* Exstat in Goldasti *Catalectis Ovidianis.* Cfr. Fabricii *Biblioth. lat. edit. Ernest. I. 469.*

XVII. f. 116 — 120. v. Carmen de Contemptu Mundi.

Inscriptio et initium prologi: *„Incipit contemptus mundi."*

„*Cartula nostra tibi mittit dilecte salutem,*"
„*Plura videbis ibi, si non hec dona refutes.*"
„*Dulcia sunt anime solatia que tibi mando,*"
„*Sed prosunt minime si non serues operando.*"

Carmen ipsum orditur:

„*Vox divina sonat, quod nemo spem sibi ponat*"
„*In rebus mundi, que causam dant pereundi,*"
„*Quisquis amat xpm, mundum non diligat istum,*"
„*Sed quasi fetorem spernens illius odorem,*
„*Constituit obscenum quod mundus credit amenum.*"

XVIII. f. 121—124. Anonymi Carmen de Pilato.

Inscriptio: „*Incipit Pylatus.*" Initium praefationis:

„*Si veluti quondam scriptor vel scripta placerent,*"
„*In nova dicendo multi velut ante studerent.*" etc.

Carmen ipsum orditur:

„*Urbs fuit antiqua, veteres hanc constituerunt,*"
„*Moganus atque Scia, flumen rivusque dederunt*"
„*Nomen, et inde fuit primum Mogun cia dicta*
„*Nomine composito, non est assertio ficta.*" etc.

Finis: „*His igitur gestis redierunt ad sua quique,*"
„*Cessavitque vetus subversio pestis inique.*"

„*Explicit Pylatus.*" Idem est carmen quod in codice Helmstadiensi legit Polycarp. Leyser *Hist. poet. lat. med. aevi p. 2126.*

XIX. f. 124. v.—131. v. Theobaldi de Senis Physiologus, cum commento.

Inscriptio: „*Incipit Physiologus.*" Subscriptio: „*Explicit Physiologus.*" Finis commenti f. 138. habetur.

XX. f. 132—137. Romuli Fabulae.

Inscriptio: „*Incipit Epistola Romuli ad tyberinum filium suum.* „*Prologus in fabulas Esopi. — Explicit Prologus. Incipit liber fabularum* „*Esopi gentilis, qui primam fabulam dixit de se.*"

XXI. f. 138—144. Carmen de Amphitryone et Alcmena.

Inscriptio: „*Incipit Geta.*" Subscriptio: „*Explicit Geta.*" Editum est nuper carmen hoc ab Angelo Maio *Auct. classic. e Codd. vaticanis edit. Tom. V. p. 468—478.* Editionis vaticanae lacunae e membranis nostris commode suppleri poterunt. Auctorem esse Matthaeum Vindocinensem persuasum habeo.

XXII. f. 144—151. Maximiani Etrusci Elegiae VI.

Inscriptio: „*Incipit Maximianus.*" Elegia VI. quatuor versibus auctior est editionibus, quos huc transcribimus:

„Premia tot forte numeret quis voce secunda,"
„Queve potest laudes dicere Musa tuas?"
„Quamvis votivas intendam promere voces,"
„Deficiunt verba, pectus anhelat amans."

XXIII. f. 151. v. — 154. **Matthaei Vindocinensis Comoedia de glorioso Milite.**

Vid. supra Cod. CCLIV. 2. Inscriptio *„de Mylone,"* praemittuntur enim quatuor versiculi, qui in codice citato ad calcem sequentis poematis leguntur.

XXIV. f. 155 — 158. **Matthaei Vindocinensis Comoedia Milonis.**

Inscriptio: *„de Milone Constantinopolitano."* Vid. supra Cod. CCLIV. 3.

XXV. f. 158 — 164. **Matthaei Vindocinensis Comoedia Aldae.**

Inscriptio: *„Incipit Alda."* Vid. supra Cod. CCLIV. 4. Plurimi versus obscoeni carminis ex hoc volumine erasi sunt.

XXVI. f. 164. **Carmina varia X.**

Initia sunt:

1. *„Est quoddam flumen, quod habet mirabile nomen."* etc.
2. *„Est inconsultum fratrem lugere sepultum."* etc.
3. *„Cur homo qui cinis es, per avaritiam sepelis es!"* etc.
4. *„Gloto colum portat, Lachesis trahit, Atropos occat."* etc.
5. *„Grata venus molli, pigro mora, vinea colli." etc.*
6. *„Ordo monasticus ecclesiasticus esse solebat."* etc. (Marbod. Redon. *Opp. edit. Beaugendr. col. 1630.*)
7. *„Hospes erat mihi se plerumque professus amicum."* (Versus unicus.)
8. *„Qui mea fraude sua bona detrahit abrogat ille."* etc.
9. *„Cor scit, splen ridet, iecur ardet, fel habet iram."* etc.
10. *„Vinea culta fuit, cultores premia querunt."* etc. (Hildebert. Turon. *Opp. edit. Beaugendr. col. 1363.*)

XXVII. f. 165 — 166. **Fabula de Vulpe, Lupo et Leone.**

Incipit: *„Vulpis comedebat piscem juxta flumen."* etc. Exstat in Iacobi Grimm *Reinhart Fuchs p. 425.* Vid. etiam Haupt *altdeutsche Blätter I. 9.*

XXVIII. f. 166. **Versus de componendis Epistolis.**

Incipiunt: *„Dictandi nominis per me gratis cape formas."* etc.

CCLXXVIII.

154.
R. 3110. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 18, in quarto.*

I. f. 1—13. v. Donatus Minor.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit liber Donati. Deo gratias.* „*Amen.*"

II. f. 13. v.—18. Dionysii Catonis Disticha de Moribus ad Filium.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit liber Catonis. Deo gratias.* „*Amen.*"

CCLXXIX.

204.
φ. 181. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. duarum manuum, foliorum 29, in quarto.*

I. f. 1—6. Erotemata Grammatica.

Initium: „*Dominus que pars? Nomen. Quare? quia significat substan-* „*tiam cum qualitate.*" etc. Subscriptio: „*Explicit regula per manus Ulrici* „*pistriczer ordinis dominorum Theutonicorum fratrum hospitalis sce* „*Marie hierosolymitani.*"

II. f. 7—29. Dionysii Catonis Disticha de Moribus ad Filium, cum Versione germanica metrica.

Specimen versionis dederunt Büsching et Hagen *in Museum für altdeutsche Literat. I. 606.* ubi tamen perperam Ulricum Pistriczer huius auctorem faciunt, is enim solum praecedentis in codice opusculi scriptorem se esse profitetur, neque ullum reperire vestigium potui eundem esse translationis Catonis, ab alia certe manu scriptae, auctorem.

Codex olim Ambrasianus No. 489.

CCLXXX.

385.
φ. 415. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. exeuntis, foliorum 33, in octavo minori.*

I. f. 1—4. Theoduli Ecloga.

Initio mutila, incipit: „*Arte potens tali credas ut cuncta fateri.*" Subscriptio: „*Explicit Theodulus.*"

II. f. 4. v.—19. P. Ovidii Nasonis Ibis.

Inscriptio: „*Incipit Ovidius.*"

III. f. 19. v. — 27. Dionysii Catonis Disticha de Moribus ad Filium.

Inscriptio: „*Incipit liber Catonis.*" Praemissa, ut solet, praefatione prosaica, carmen ipsum in quatuor libros est divisum. In fine talis legitur clausula, e glossa ordinaria Catonis desumta: „*Ignoratur quis „librum istum fecerit. Scimus fuisse duos Catones. Uticensem, ab „utica civitate, rigidum prae sanctitate. Sed iste cato rome fuit, in cuius „tempore romani viciose vivebant, ad quos librum istunc fecit, nempe „filium docens, sed sub persona filii latior illius est correctio viciorum et „admonitio virtutum.*" etc.

IV. f. 27. v. — 30. Incerti Proverbia Salomonis, Carmine rhythmico.

Inscriptio et initium: „*Incipiunt prouerbia salomonis.*"
„*Hec sunt sermonis non nostri sed salomonis.*"
„*Filius est patris sapiens et gloria matris.*"
„*Sint tibi divine fili precepta sophie,*"
„*Omnibus hanc rebus prefer cunctisque diebus.*" etc.

V. f. 31 — 33. Anonymi Sententia de Purgatorio.

Incipit: „*Purgatorium ignem post mortem esse, multorum tractatorum „cognovimus sententiis diffinitum, inter quos augustinus egregius doctor.*" *etc.*

CCLXXXI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 145, in octavo minori. 2521. φ. 413.

I. f. 1. Dionysii Catonis Disticha de Moribus ad Filium.

Inscriptio nulla. Desinunt fine truncata in hoc versu: „*Fistula dulce canit volucrem cum decipit auceps.*"

II. f. 2 — 21. Udalrici Babenbergensis Epitome Rhetoricae, sive Ars dictandi.

Praemittitur duplex praefatio metrica, prior anepigrapha hunc in modum orditur:

„*Grecia nobilium foecunda parens studiorum,*
„*Grecia doctrinę fons extitit, unde latinę*
„*Auctores linguę derivant optima queque*
„*In nostros usus, per quę lector studiosus*
„*Doctior esse potest, et in his non ultima laus est*
„*Scire quid ornate dictum sit cum gravitate.*

„*Quid prosam deceat, quid non, quid clausula poscat,*
„*Clausula precipue concludi que valet apte,*
„*Clausula que certe minima non indiget arte,*
„*Ut non offendat sed molli tramite currat,*
„*Mulceat ut mentem pariter lectoris et aurem.*" etc.

Finis: „*Sicut doctorum testantur scripta uirorum,*
„*Ex huiuscemodi scriptis perpauca notavi,*
„*Nec non collegi, dominoque favente redegi*
„*Corpus in hoc modicum, quidquid fuit utile visum.*
„*Odalricus ego de quo sic lector habeto:*
„*Bauenbergensis diuine me pietatis,*
„*Quamvis indignum, fieri dignatio membrum*
„*Ecclesie uoluit, dictum de me satis hoc sit.*
„*Hec quicumque legis, si quis tamen hec quoque, si quis*
„*Dignatus fuerit, tibi vita, salus, tibi pax sit,*
„*Gaudia longa tibi concedat gracia christi,*
„*Gaudia presentis uite pariterque perennis.*
„*Nunc e conuerso faueas quoque tu mihi queso,*
„*Optans deuote placatum semper habere*
„*Ut merear iesum, cui laus est omne per euum.*"

Altera praefatio, quae inscribitur: „*Versus uodalrici Babenber-„gensis ad Gotescalcum dei servum*" incipit:

„*Hec Godescalce tibi nostro carissime cordi*
„*Immo pars animę rerum dulcissime nostrę*
„*Dimidiumque fere, uigili collecta labore*
„*Offerimus, nugis rogo non offendere nostris,*
„*Judicis officio si fungere, discutiendo*
„*Sint ne legi dignę, tibi nos permittimus omne*
„*Judicium, de te pendebit frater amate*
„*Mors et uita libri, si uis hunc ignibus uri,*
„*Ignibus ardebit, si uis remanere manebit.*" etc.

Finis: „*At uero quis te subtilem nesciat esse,*
„*Ingenii uenam tibi quis neget esse benignam,*
„*Nam versus dulces scribendo pectora mulces,*
„*Mulces egregie scribens metri sine lege.*
„*Moribus hec ornas, cum sit tibi prona voluntas*
„*Semper ad omne bonum, tibi fons et origo bonorum,*
„*Et nunc et semper valeas dulcissime frater.*"

Ipsum opusculum, quod centonem e Cicerone, Quintiliano et Martiano Capella dixeris, incipit: „*Tullius in quarto rethoricorum „libro ad herennium. Compositio est verborum constructio equabiliter per-„polita, vel que facit omnes partes orationis equabiliter perpolitas.*" etc.

Finis opusculi in codice nostro vix integri in his Martiani Capellae verbis: *„Est quidem memoria rerum atque verborum, sed non semper edis-„cenda verba sunt, nisi spacium meditanti tempus indulserit, sat erit qui „res ipsas animo tenuisse meminerit, presertim si nihil eius munere natu-„rali provenerit."*

Foliis 4. v. et 5. quae post praefationes metricas vacua forte reliquerat librarius, manus coaeva duo adscripsit poematia; prius anepigraphum carmine leonino regulas continet morales, tali initio:

„Ante dei vultum nil pravi constat inultum."
„Aut quis sponte sua male punit sive coactus."
„Bestia crudelis malus est animus mulieris."

Sic et per reliquas alphabeti literas pergit, ita ut cuilibet literae duo tresve versus tribuantur.

Alterum carmen, quod integrum transcribimus, inscriptum est:

„De mixtis generibus animalium,"
„Duplicis en generis que sint animalia cernis;
„Ex asino mulum generans equa postea nullum
„Ferre valet fetum, tulit unus uim quia secum.
„Burdo fit ex asina si copula perstat equina,
„Ex anagro feta dromedam gignit asella.
„Efficis ambigenam leopardo parde leenam.
„Titirus insigne pardi genus exstat ovisque.
„Musco ueruecem prodit caprumque parentem.
„Uiribus aprinis et porca nascitur hibris,
„Fitque lupo ualidus simul ex cane matre liciscus."

III. f. 22—27. Venantii Fortunati Carmina quaedam.

Inscriptio: *„Versus excerpti de libro fortunati presbiteri."* Insunt his excerptis *Libr. I. carm.* 1. v. 1. 2. 9. 10. — *carm.* 2. v. 1—3. 5. 6. — *carm.* 8. v. 1. 3. — *carm.* 12. v. 21. 22. — *carm.* 15. v. 5—8. 81—84. 91. 102. 103. 105. — *carm.* 18. v. 3. 4. — *Libr. II. carm.* 9. v. 27. 37. 38. *Libr. III. carm.* 3. v. 13—18. et 7. 8. — *carm.* 19. v. 11. 12. 17. 18. — *carm.* 20. v. 11—15. 18—20. — *carm.* 29. v. 11. 12. — *carm.* 30. v. 21. 22. — *carm.* 33. v. 9. et 6. — *carm.* 35. v. 3. 4. — *carm.* 36. v. 1. 2. — *carm.* 37. v. 1—8. — *Libr. IV. carm.* 1. v. 11. 12. 23—29. — *carm.* 4. v. 19—22. — *carm.* 7. v. 9. 10. — *carm.* 9. v. 5—10. — *carm.* 17. v. 11. 12. — *carm.* 18. v. 11—13. 19. 20. — *carm.* 23. v. 9. 10. — *carm.* 24. v. 11. 12. — *carm.* 26. v. 1—4. 11. 12. — *carm.* 27. v. 17. 18. — *Libr. VI. carm.* 2. v. 72. et 74. — *carm.* 3. v. 5. 6. 19. 20. — *carm.* 4. v. 27—30. 71. 72. 101—105. 110. 79. 80. — *carm.* 5. v. 1. 2. 19—23. 28—32. — *carm.* 6. v. 6. 17. 18. 25—30. — *Libr. VII. carm.* 1. v. 19. 20—23. 28. — *carm.* 5. v. 7. 8. 11. 12. 15—18. 25—28. 31. 32. — *carm.* 7. v. 35—38. 63. 64. 75—78. — *carm.* 8. v. 33—40. 57. 58. 47. 48. — *carm.* 16. v. 55—58. — *carm.*

17. v. 1—4. — *carm.* 27. v. 1—4. — *Libr. VIII. carm.* 4. v. 397. 398. 400. — *Libr. X. carm.* 20. v. 11—16. 7. 8. — *Libr. XI. carm.* 5. v. 1—4. — *carm.* 17. v. 5—6.

IV. f. 27—33. Valerii Martialis Epigrammata quaedam

Inscriptio: „*Versus excerpti de libro Valerii Martialis.*" Subscriptio: „*Finiunt versus excerpti de libro Martialis.*" Insunt epigrammata sequentia hoc ordine:

I. *Libr. 1, ep. 10.* — II. 1, 16. (v. 1. 2. 11. 12.) — III. 1, 21. — IV. 1, 20. — V. 1, 33. — VI. 1, 39. — VII. 1, 41. — VIII. 1, 58. — IX. 1, 76. — X. 1, 80. — XI. 1, 92. — XII. 1, 96. — XIII. 1, 98. — XIV. 1, 111. — XV. 1, 119. — XVI. *Libr. 2, ep. 3.* XVII. 2, 7. — XVIII. 2, 67. — XIX. 2, 69. (v. 1. 2.) — XX. 2, 77. (v. 1. 2. 6. 7.) — XXI. *Libr. 3, ep. 8.* — XXII. 3, 9. — XXIII. 3, 28. — XXIV. 3, 80. — XXV. *Libr. 5, ep. 33.* — XXVI. 5, 53. — XXVII. 5, 81. — XXVIII. 5, 83. — XXIX. *Libr. 6, ep. 51.* — XXX. 6, 61. — XXXI. 6, 69. — XXXII. 6, 79. — XXXIII. *Libr. 7, ep. 24.* — XXXIV. *Libr. 4, ep. 56.* — XXXV. 4, 76. — XXXVI. 4, 84. — XXXVII. 4, 87. — XXXVIII. 4, 89. (v. 1. 2. 9. 10.) — XXXIX. *Libr. 5, ep. 9.* — XL. 5, 10. (v. 1—4.) — XLI. 5, 19. (v. 1. 2. 7—10.) et 5, 33. — XLII. 5, 45. — XLIII. 5, 50. — XLIV. *Libr. 11, ep. 44.* — XLV. 11, 64. — XLVI. 11, 92. — XLVII. *Libr. 5, ep 61.* (v. 1. 2. 7. 8. 13. 14.) — XLVIII. *Libr. 7, ep. 10.* (v. 5—16.) — XLIX. 7, 43. — L. 7. 71. — LI. 7, 73. (v. 5. 6.) — LII. 7, 81. — LIII. 7, 90. — LIV. *Libr. 8, ep. 27.* — LV. 8, 43. — LVI. 8, 54. — LVII. *Libr. 9. ep. 15.* — LVIII. 9, 36. (v. 1. 2. 11. 12.) — LIX. 9, 47. — LX. 9, 71. — LXI. 9, 98. — LXII. *Libr. 10, ep. 15.* — LXIII. 10, 16. (v. 1. 2.) — LXIV. 10, 43. — LXV. *Libr. 11, ep. 23.* (v. 1. 2.) — LXVI. 11, 66. (v. 7. 8.) — LXVII. 11, 34. — LXVIII. 11, 39. (v. 7—16.) — LXIX. 11, 54. — LXX. *Libr. 12, ep. 12.* — LXXI. 12, 15. — LXXII. 12, 47. — LXXIII. *Antholog. lat. Burm. III. 88. (crede ratem ventis.)* — LXXIV. 12, 54. — LXXV. 12, 56. — LXXVI. 12, 93. — LXXVII. *Libr. 13, ep. 49.* — LXXVIII. 13, 52. — LXXIX. 13, 59. — LXXX. 13, 60. — LXXXI. 13, 67. — LXXXII. 13, 72. — LXXXIII. 13, 87. — LXXXIV. 13, 77. — LXXXV. 13, 92. — LXXXVI. 13, 94. — LXXXVII. *Libr. 14, ep. 38.* — LXXXVIII. 14, 73. — LXXXIX. 14, 94.

V. f. 34. v.—40. Diversorum Poetarum Catalecta, sacra et profana.

I. Hildeberti Turonensis Epilogus carminis de Mahomede. *Vid. supr. CCLXXVII. 8.*

II. Distichon anepigraphum:

„*Curia pauperibus clausa est, dat census honores,*"
„*Census amicitias, pauper ubique iacet.*"

III. Distichon anepigraphum:

„*Indigeo bobus ad rura colenda duobus,*"
„*Pontificis munus veniat bos unus et unus.*"

IV. Hexastichon anepigraphum:

„Est monstri simile uaccam cum verre coire,"
„Est et prodigium nunna petens laicum."
„Sit monstro simile vaccam cum verre coire,"
„Et sit prodigium nunna petens laicum;"
„Nunna coronatum sed quae petit, illa reatum"
„Duplicat, et gemino peccat adulterio."

V. Tristichum anepigraphum:

„Semina misit homo, sed homo qui semina misit,"
„Postea planxit opus, sed opus quod postea planxit,"
„Fertile cum fieret, fieret quia fertile risit."

VI. „De fure et rustico."

„Fur erat in furno, salies huc rusticus inquit,"
„Fur, ego qua veni parte revertar, ait."
„Rusticus it retro, furnum ratus esse foratum,"
„Sic fur per furni prosilit os vacuum."

VII. „De domino et servo, domina et ancilla."

„Servus ait domino gratis famulabor in annum,"
„Si facis ut famula qualibet arte fruar,"
„Poscit herus coitum, spondet sibi servula noctem,"
„Ille thoro famulum collocat, haec dominam."
„Res patuit casu, vir nuptam protrahit in jus,"
„Facta refert, risum facta relata movent."
„Uxor et ancilla laudantur, virque monetur,"
„Ne messem famuli sic emat alterius."

VIII. „Versus de Salomone iudeo Trecassino."

„Cum de latrina lapsum Salomona ruina"
„Extraherent laqueis, non trahar inquit eis,"
„Sabbata sunt, plaudit populus, plausum comes audit,"
„Plaudit et ipse iubet, cras ut ibi recubet."

IX. „Item de eodem iudeo."

„Mersé Trecassina Salomon judee latrina"
„Inde trahi renuis, sabbata dum metuis,"
„Cumque morareris sperans quod cras trahereris,"
„Hugo comes vetuit, qui dominum metuit."

X. „De fure et gallo cuiusdam vetule."

„Gallus erat cuidam vetulę, gallumque comedit"
„Fur, furi furtum obicit, ille negat."
„Dum iuramento se purgat, gallus in alvo"
„Periuri cecinit, res et aperta fuit."

22

XI. Tetrastichon anepigraphum:

„Licia Marcelli meretrix celeberrima cautum"
„Consulit e caro tempore Gervasium."
„Ille refert: caras segetes hic annus habebit,"
„Sola meretricum copia grandis erit."

XII. Incerti Carmen de Hermaphrodito. *Burm. Anthog. lat. III. 177.* Carminis quod in nostris saeculi XII. membranis *„Ermafroditus"* inscribitur, auctor Pulex de Custozza esse nequit.

XIII. „Epigramma Adriani imperatoris de Pugna Amazonum." *Burm. Antholog. lat. II. 258.*

XIV. Lusus Sapientum.

„Epicureus." *„Soli sunt athomi tocius corpora mundi,"*
„Empedocles." *„Falsum, sed terra, sed calor, aër, aqua."*
„Anaxagoras." *„Non athomis, nec aqua, probo cuncta calore creata."*
„Tales." *„Falso concludis, cuncta creantur aquis."*
„Diogenes." *„Semper ego flevi miseri ludibria mundi."*
„Democritus." *„Inde mihi risus, unde tibi gemitus."*
„Epicureus." *„Parcere sermoni confusio philosophanti."*
„Pitagorus." *„Nos precepta domus pauca loqui melius."*

XV. Incerti de Venere et Vino. *Burm. Antholog. lat. III. 85.* Inscriptio nulla.

XVI. Hildeberti Turonensis Formula vivendi ad Nepotem. *Opp. edit Beaugendr. col. 1333.* Inscriptio nulla.

XVII. Hildeberti Turonensis de tribus hominis mansionibus. *Opp. edit. cit. col. 1353.*

XVIII. Duodecim Poetarum scholasticorum in tumulum Ciceronis Epigrammata. *Burm. Antholog. lat. II. 158—169.*
Inscriptio: *„Epitafium super tullium XII sapientum senis versibus."*

XIX. Duodecim Poetarum scholasticorum Epitaphia disticha Virgilii. *Burm. Antholog. lat. II. 192.*
Inscriptio: *„Versus XII sapientum super virgilium binis versibus."*

XX. Duodecim Poetarum scholasticorum Epitaphia tetrasticha Virgilii. *Burm. Antholog. lat. II. 188.*
Inscriptio: *„Item epitafium virgilii quaternis versibus."*

XXI. „Epitafium Achillis." *Burm. Antholog. lat. I. 98.*

XXII. „Epitafium Hectoris." *Burm. Antholog. lat. I. 102.*

XXIII. „Epitafium Magni Alexandri." *Burm. Antholog. lat. III. 1.*

XXIV. Item aliud epitaphium Alexandri Magni, anepigraphum. *Burm. Antholog. lat. II. 16.*

XXV. „Epitafium Pompeiorum." *Burm. Antholog. lat. II. 25.*

XXVI. „Epitafium Magistri Anshelmi Laudunensis." Exstat in Quercetani notis ad Abaelardi *Histor. calamit. p. 1168*, ubi tamen sex versibus auctius habetur.

XXVII. „Versus Rozelini de cane suo et amica."

„Aut canis iste meus non iusta desinet ira,"
„Aut canis iste meus desinet esse meus,"
„Nam male discernit quos aut quas mordeat, aut quos"
„Aut quas ad dominum tendere sustineat."

VI. f. 40. v. — 41. Marbodi Redonensis Carmina varia.

I. Commendatio virtutum per comparationem. *Opp. edit. Beaugendre col. 1561.* Inscriptio: „*Versus Marbodonis Andega-„uensis.*"

II. Epitaphium Roberti. *Opp. edit. cit. col. 1621.* Inscriptio: „*Marbodus. Epitafium cuiusdam iuvenis submersi.*" Nonnisi ultimi sex versus in membranis nostris sunt.

III. De Vase e Sapphiro. Inscriptio: „*Marbodus.*"

VII. f. 41 — 42. Hildeberti Turonensis de Mysterio Hostiae sacrae Elegia.

Inscriptio nulla. Incipit: „*Tollimur e medio*" etc. Exstat *Opp. edit. cit. col. 1149—1150.* carmini maiori de Mysterio Missae perperam adglutinata. Vid. Schier, *de Hildeberti Turonensis operibus Vindob. 1767. p. 43.* Subiicitur epigramma „*de ordine missae.*" „*Est ratio, cur altaris.*" etc. *Opp. edit. cit. col. 1149.* Cfr. Schier *l. c.*

VIII. f. 42. D. Ausonii Magni Lusus septem Sapientum vers. 309 — 315.

Inscriptio: „*Versus septem sapientum.*" Singulis versibus nomen sapientis adscribitur; recte quidem, Ausonius enim septenis carminibus septem sapientum sententias expressit, ita ut quodvis carmen septenis versibus septem sapientum sententias exprimeret, quod editores non animadverterunt. Ceterum versus isti etiam inter poemata Hildeberti Turonensis (*opp. edit. cit. col. 1336.*) irrepserunt.

IX. f. 43. Iulii Caesaris Epigramma in puerum submersum. *Burm. Antholog. lat. IV. 92.*

Inscriptio nulla.

X. f. 42 — 44. v. Marbodi Redonensis Parabola de fraude a Lupo Opilioni facta. *Opp. edit. cit. col. 1628.*

Inscriptio: „*Fabula de lupo, pastore et monacho.*" Subiicitur Marbodi ut videtur: „*Epitafium cuiusdam odonis.*"

„*Si dolor aut lacrimę de morte iuuare ualerent,*"
„*Plures et merito super huius morte dolerent.*"
„*Nobilitate quidem formeque decore nitebat,*"
„*Ingenii fontem, riuum sermonis habebat.*"
„*Cumque foret locuples, cum largus et inde fuisset,*"
„*Nulla fuit probitas cuiquam quam non habuisset.*"
„*Feruida cum feruens premeret sol terga leonis,*"
„*Idibus augusti corpus tumulatur odonis.*"

XI. f. 45 — 47. Excerpta ex Aemilio Macro de Viribus Herbarum.

Insunt: „*De Aliis.*" v. 161. 185. 186. 193—195. — „*De elefanciaco morbo.*" v. 604—612. 592. — „*De pulegio.*" v. 628—641. — „*De fenicu-lo.*" v. 679—689. 709. 710. — „*De lactuca.*" v. 765. 766. 768. 773—775. — „*De Rosa.*" v. 776—779. 789. 790. 793. — „*De letargo.*" v. 852—857. 843. 864—867. — „*De saluia.*" v. 870. 871. 873—877. 879—881. — „*De ysopo.*" v. 1507—1509. — „*De cicuta.*" v. 2029—2038. — „*De menta.*" v. 1569. 1573. 1574. 1576. 1579. 1583. 1584. — „*De pastinaca.*" v. 1283. 1284. — „*De serpillo.*" v. 1325—1330. 1332—1334. — „*De cerefolia.*" v. 928. 944—946. — „*De coriandro.*" v. 957. 958. 980. 981. — „*De vetto-nica.*" v. 429. 433—436. 439. 441—444.

XII. f. 48 — 64. Onulfi Spirensis Colores Rhetorici.

Opusculum, cuius prior pars pedestri sermone, posterior ligato incedit, initio mutilum sic orditur: „*arti rethorice, morum elegantiam, composicio-nem habitus, uite dignitatem amplectere. Hoc tue professioni melius con-petit, hoc apud supernum judicem causę tuę potius conducit. Certe autem quod dignitas oratoria per duas species, verborum uidelicet exornationem et sentenciarum distribuitur, siue scias siue nescias, in tremendo illo ultimę districtionis examine tua nichil interesse cognoscas.*"

Finis: „*His modo postpositis, que forsan frivola dicis,*"
„*Frater amande tuam pascunt mea carmina mentem,*"
„*Quę quia non ualeo tibi mittere qualia uellem,*"
„*Talia jure velim tibi mittere qualia possum.*"
„*Tu quoque si nequeas ea que cupis, incipe velle*"
„*Que potes, hoc ratio docet, hoc sapientia dictat.*"
„*Nos quoque nostra tuis concedimus omnia iussis,*"
„*Precipe, quasque voles nobis imponito leges,*"
„*Arbitrio parere tuo nos ipse probabit*"
„*Actus, et indicium faciet tibi prompta voluntas.*"

„*Finiunt rethorici colores ab* *Onulfo spirensi* *Magistro beate memo-„riç editi.*" Onulfum Spirensem non novi. Opusculi pars metrica omnino comparanda est libello „*de ornamentis verborum*," qui Marbodi Redonensis (*opp. edit. cit. col. 1587. ss.*) nomine circumfertur.

XIII. f. 64 — 65. Marbodi Redonensis Versus de Ordine monastico ecclesiastico *Opp. edit. cit. col. 1629.*

Inscriptio: „*Versus cuiusdam de ordine monastico.*" Subiiciuntur: „*Uer-„sus de prouerbiis uulgaribus,*" quos cum sint quasi supplementum quoddam „*Proverbiorum Catonis philosophi,*" quae inter Marbodi carmina *Edit. cit. col. 1634.* leguntur, licet plura aliunde nota sint, huc transcribenda duxi.

„*Incipiunt uersus de prouerbiis uulgaribus.*"
„*Discere contempsit, qui non exordia sumpsit.*"
„*Tangentem cacabi maculat fuligo vetusti.*"
„*Est annosa canis vix assuefacta catenis.*"
„*Non facile vetulus canis est in fune ducendus.*"
„*Incaute cecidit, temere quicumque cucurrit.*"
„*Non facile manibus vacuis occiditur anguis.*"
„*Criminis indulti secura audacia crescit.*"
„*Qui mittit stultum differt sua commoda multum.*"
„*Quisquis habens oculos fructu privatur amoris.*"
„*Grandine tutus erit sibimet quicumque tonabit.*"
„*Nemo viam veterem vel amici spernat amorem.*"
„*Progenies avium mala foedat stercore nidum.*"
„*Phi sonuit fuscum ridens ardaria furnum.*"
„*Gutture clausa lupi raro solet esca relabi.*"
„*Quod lupus ingluttit nunquam de gutture reddit.*"
„*Stagnum littus edit, torrens properando recedit.*"
„*Ridenti domino diffide poloque sereno.*"
„*Germanus latis longe prestantior agris.*"
„*Inde lupi speres caudam, cum videris aures.*"
„*Cum lupus addiscit psalmos desiderat agnos.*"
„*Annulus ex vitro vitreo debetur amico.*"
„*Fons sue turbatur, porcellus in hoc adaquatur.*"
„*Passer adest tectis, avibus reliquis procul actis.*"
„*Est puer in patria bos qui nutritur in aula.*"
„*Uxor erat qualis, herbarum coctio talis.*"
„*Qui vilem mittit legatum commoda vendit.*"
„*Caulibus occasu caret horti venditor ortu.*"
„*Arbor sit qualis fas est cognoscere malis.*"
„*Prendere maternam bene discit cattula praedam.*"
„*Pluribus intentus minor est ad singula sensus.*"
„*Igne semel tactus timet ignem postmodo cattus.*"

„*Lora quidem crepidis fiunt breviora vetustis.*"
„*Mantica fert latas senio confecta fenestras.*"
„*Procedit durus de duro stipite fumus.*"
„*Naufragium rerum est mulier mala fida marito.*"
„*Proximus esto bonis si non potes optimus esse.*"
„*Audit quod non vult, qui pergit dicere quod vult.*"
„*Divitiae trepidant, paupertas libera res est.*"
„*Labitur ex animo benefactum, iniuria durat.*"
„*Absentum causas contra maledicta tuere.*"
„*Ipsos absentes inimicos ledere noli.*"
„*Discolor est vetulus si non est calceus unctus.*"
„*Estimat esse caprae vitium quod habet caper in se.*"
„*Nil habitat villam dum livor deserit illam.*"
„*Adveniunt macrae de pastu somnia scrofae.*"
„*Unde homo consuescit vix unquam linquere nescit.*

Denique subiiciuntur: „*Versus cuiusdam ad amicam sub custodia po-*„*sitam.*"

„*Vivere non possum sine te nec vivere tecum,*"
„*Istud namque metus impedit, illud amor.*"
„*O utinam sine te vel tecum vivere possem!*"
„*Sed mallem tecum vivere quam sine te.*"

XIV. f. 66. v. — 68. v. Hildeberti Turonensis Carmina quaedam.

1. De clade ecclesiarum. *Opp. edit. cit. col. 1355.* Inscriptio: „*Versus cuiusdam de pressura ęcclesiarum.*"

2. Quod bono male, et malo bene proveniat. *Opp. edit. cit. col. 1360.* Inscriptio: „*Cur malo bene, vel bono male.*"

3. Cur dicantur tres missae in Natali domini. *Opp. edit. cit. col. 1350.* Inscriptio: „*De tribus missis in natale domini.*"

4. De horis canonicis. *Opp. edit. cit. col. 1350.* Inscriptio: „*Versus de horis cottidianis.*"

5. De decem plagis Aegypti. *Opp. edit. cit. col. 1360.* Inscriptio: „*Versus de decem plagis egipti.*"

6. Epitaphium Berengarii. *Opp. edit. cit. col. 1328.* Inscriptio: „*De Magistro Berengario Turonensi.*"

XV. f. 68. v. — 71. v. Marbodi Redonensis Vita S. Thaidis. *Opp. edit. cit. col. 1541. ss.*

Inscriptio: „*Incipiţ vita sancte Thasidis.*" Abrumpitur in fine mutila in v. 152.

XVI. f. 72. r. — 72. v. Marbodi Redonensis Carmina minora.

1. **Dissvasio mundanae cupiditatis.** *Opp. edit. cit. col. 1572. s.* Incipit initio mutilatum cum v. 25. Ad versum 27. inscriptio in ora codicis: „*Oratores facundi.*"

2. **Contemptus praesentis vitae.** *Opp. edit. cit. col. 1572.* Inscriptio: „*Item de eodem.*"

XVII. f. 72. v. — 77. Hildeberti Turonensis Carmina quaedam.

1. **Liber de exilio suo.** *Opp. edit. cit. col. 1344. ss.* Inscriptio: „*Versus cuiusdam de exilio suo.*"

2. **Ad Virginem poetriam.** *Opp. edit. cit. col. 1868.* Inscriptio: „*Laus cuiusdam virginis sanctimonialis.*"

3. **Ad Angliae reginam.** *Opp. edit. cit. col. 1366.* Inscriptio: „*Item* „*in laudem eiusdem virginis.*"

4. **Ad Odonem.** *Opp. edit. cit. col. 1338.* Inscriptio: „*De eo quod hoc* „*tempore infructuosa studia literarum sunt.*"

Subiungitur his Hildeberti carminibus: „*Conquestio de crimine* „*perfidę amicę*" viginti sex distichorum, cuius hoc est initium:

„*Conquerar an sileam? monstrabo crimen amicę?*
„*An quasi iam sanus vulnera nostra tegam?*
„*Non queror aut molles oculos, aut aspera crura,*
„*Nec vicio quovis exteriora premo.*
„*Quod queror est animi, laudaret cetera livor,*
„*Verba fide, viciis lubrica forma caret.*
„*Illa decem menses mecum feliciter egit,*
„*Gratis in amplexus docta venire meos;*
„*Emulus ecce meus gemmis male fisus et auro,*
„*Hanc adit, ingemmat munera, vincit eam.*" etc.

Finis: „*Vos igitur iuvenes quos nondum fervor amoris*
„*Attigit, illarum laudo cavete dolos.*
„*Nam licet uratur, tamen complexibus ipsis*
„*Queque salitores querit habere novos.*
„*Prothea multiplicem solet ars retinere, sed illas*
„*Quin elabantur, ars retinere nequit.*"

XVIII. f. 77. v. — 85. Marbodi Redonensis Carmina minora.

1. **Ad amicum hospitem.** *Opp. edit. cit. col. 1618.* Inscriptio: „*Versus domni Marbodonis ad quendam amicum suum.*"

2. **Ad monachum detractorem.** *Opp. edit. cit. col. 1575.* Inscriptio: „*Item Marbodus ad monachum detractorem.*"

3. **Ad Gaulterium carmen secundum.** *Opp. edit. cit. col. 1624.* Inscriptio: „*Item Marbodus ad amicum.*"

4. Institutio pueri discipuli. *Opp. edit. cit. col. 1628.* Inscriptio: „*Item Marbodus ad discipulum.*"

5. „Item eiusdem de sterilitate vinee."

„*Culta mihi nullas mea vinea protulit uvas,*
„*Protulit incultus plurima poma rubus;*
„*Ergo quid est fructum domino quod non damus ullum,*
„*Cum simus domini vinea culta dei.*"

6. „Item versus Marbodonis contra emulum."

Incipiunt: „*Audi fex iuvenum cuius sunt verba venenum,*
„*Cuius opus foenum, cuius cor stercore plenum.*" etc.

7. Quod non sit expavenda mors corporis. *Opp. edit. cit. col. 1573.* Inscriptio: „*Item versus Marbodonis de paradiso domini.*"

8. Consolatio lugentium. *Opp. edit. cit. col. 1577.* Inscriptio: „*Item Marbodus de Lazaro resuscitato.*"

9. E vita S. Maurilii Libr. I. v. 71—96. *Opp. edit. cit. col. 1547. s.* Inscriptio: „*Item versus Marbodonis de sco Maurilio epo.*"

10. Oratio pro fidelibus defunctis. *Opp. edit. cit. col. 1578.* Inscriptio: „*Item Marbodus pro quodam Abbate defuncto.*"

11. Ad Odonem episcopum simul et comitem. *Opp. edit. cit. col. 1623.* Inscriptio: „*Item Marbodus.*"

12. Poenitudo lascivi amoris. *Opp. edit. cit. col. 1568.* Inscriptio nulla.

13. Oratio poenitentis saepe lapsi. *Opp. edit. cit. col. 1574.* Inscriptio: „*Item Marbodus.*"

14. Epitaphia duarum mulierum anepigrapha.

„*Forma, prole, viris et Odone parente beata,*
„*Hac scrobe Bertha iacet, cesare digna viro.*
„*Consulibus nupsit totidem paritura duobus,*
„*Vultibus instaurans et probitate patres.*
„*Quam licet in vetitum res, sexus, forma vocarent,*
„*Non tamen in vetitum femina flexit iter.*
„*Quę pietate deo, quę grata pudore maritis,*
„*Egit ne livor carpere posset eam.*
„*Tecto, veste, cibo, potu recreavit egentes,*
„*Aecclesiis aurum, pallia, vasa dedit.*
„*Aprilis duodena dies hanc abstulit orbi,*
„*Premissis opibus mente manuque polo.*

———

„*Quam tegit hic tumulus felix cum coniuge vixit,*
„*Coniugis exequię cetera vita fuit.*
„*Rebus, avis, specie, locuples, excelsa, celebris,*
„*Abstinuit luxu, fastibus, oprobriis.*

„Pauperibus sacravit opes thalamosque pudori,
„Et docuit sexus non meminisse sui.
„Illam sex lustris stupuit natura pudicam,
„Et dubitavit utrum femina nec ne foret.
„Illa quoad vixit sanctas induta Sabinas,
„Plena deo nona luce Novembris obit."

XIX. f. 85. — 105. v. Hildeberti Turonensis Vita Mariae Aegyptiacae. *Opp. edit. cit. col. 1621. ss.*

Inscriptio: *„Incipit vita scę Marię ęgiptiacę."* Subscriptio: *„Explicit „vita scę Marię ęgiptiacę. Deo gracias."* Accedunt in fine duo versus qui editionibus desunt:

„Post mundi fletus scandens super ęthera lętus,"
„Nunc gaudet socia sibi considente Maria."

XX. f. 105. v. — 107. v. Marbodi Redonensis Carmen de Resurrectione. *Opp. edit cit. col. 1614.*

Inscriptio: *„Versus de resurrectione mortuorum."*

XXI. f. 108 — 122. Hildeberti Turonensis Carmen de Mysterio Missae. *Opp. edit. cit. col. 1136. ss.*

Inscriptio: *„Versus Hildeberti epi cenomanensis de officio misse."* Desunt in fine 21 disticha.

XXII. f. 123 — 124. Marbodi Redonensis Naufragium Ionae. *Opp. edit. cit. col. 1579. ss.*

Initio mutilum incipit cum versu 91: *„In regione maris."* etc. Subscriptio: *„Expliciunt de Iona propheta et ninivitis versus."*

XXIII. f. 124. v. — 131. v. Marbodi Redonensis Carmen de S. Laurentio. *Opp. edit. cit. col. 1579. ss.*

Inscriptio: *„Incipiunt de sco laurentio.* Subscriptio: *„Explicit de „sco laurentio."*

XXIV. f. 131. v. — 138. Diversorum Poetarum Catalecta.

1. „Altercatio inter Urbanum et Clementem." Exstat in Uldarici Babenbergensis *Codice Epistolarum No. II.* in Eccardi *Corpore Hist. med. aevi, tom. II. col. 2.*
2. „De Papa Urbano et Henrico IV." Exstat *Op. cit. No. III. col. 3.*
3. „Epitaphium cuiusdam comitissae." *Op. cit. No. IV. col. 4.*
4. „Epitaphium Arnulphi Laudunensis." *Op. cit. No. V. col. 4.*
5. „Ad Roncelinum de vocibus." *Op. cit. No. VI. col. 4.*

6. „Romae epitafium uxoris Boecii.“ *Op. cit. No. XV. col. 5.* et apud Burmannum *Antholog. lat. II. 188.*

7. „Epitafium Heinrici imperatoris beatissimi in baben-„berg.“ *Op. cit. No. X. col. 5.*

8. „Epitafium Chunigunde imperatricis in babenberg.“ *Op. cit. No. XI. col. 5.*

9. „EpitafiumEberhardi primi babenbergensis episcopi.“ *Op. cit. No. XII. col. 5.*

10. „Epitafium Guntheri babenbergensis episcopi.“ *Op. cit. No. XIII. col. 5.*

11. „Epitafium Routberti babenbergensis episcopi.“ *Op. cit. No. XIV. col. 5.*

12. „Hi versus treveris supra tectum monasterii beati „simeonis tabule lapidee insculpti ab incolis fortuito in-„venti sunt.“ *Op. cit. No. XVI. col. 6.* Exstant etiam in Gestis Trever. apud *Leibnitz. Acces. Hist. tom. I. p. 11.*

13. „Isti versus treveris in tumulo quodam lapidi cuidam „insculpti inventi sunt.“ *Op. cit. No. XVII. col. 6.* Habentur etiam in Broweri *Annal. Trever. Proparasc. cap. 4.* et in Gestis Trever. apud *Leibnitz. Acces. Hist. tom. I. p. 3. 4.* Priores quinque versus extant in Bedae *Opp. Basil. Hervag. 1563. tom. I. p. 732.* et in Burmanni *Antholog. lat. III. 20.*

14. „Hi versus habentur cluniaci super imagines aposto-„lorum Petri et Pauli.“ *Op. cit. No. XVIII. col. 6.*

15. „Hermannus Contractus in libro de virtutibus.“ *Op. cit. No. XIX. col. 6.*

16. „De conflictu virtutum et viciorum.“ Incipit:

„*Vos qui sub christo mundo certatis in isto,*
„*Discite virtutum conflictus et viciorum.*“ etc.

17. Versus ad Aeolum anepigraphi.

„*Eole rex fortis, ventose cura cohortis,*
„*De vento nequam si rem mihi feceris equam,*
„*Thus et aroma dabo, vitulam tibi sacrificabo.*
„*Unde querar dicam; dum complexabar amicam*
„*Res erat in tactu, modicum distabat ab actu,*
„*Ecce furens ventus, quem non amet ulla iuventus,*
„*Dum sumus in latebris ferit ictibus hostia crebris,*
„*Credidimus flantem fore quemlibet insidiantem,*
„*Surgimus haut lente, mutantur cuncta repente,*
„*Oscula rumpuntur, quę nuda fuere teguntur,*
„*Resque peracta fere, plus fecit utrumque dolere.*

„*Hunc igitur ventum claudas per saecula centum.*
„*Carcere claudatur, ne si foris egrediatur,*
„*Quaslibet in partes similes exerceat artes.*"

18. **Ad amicam, anepigraphum.** *Op. cit. No. IX. col. 5.*

19. „**Versus de pedibus.**" Versus, quos in **Analectis grammaticis** edituri sumus, sic incipiunt:

„*Ut fuga pirrichius constat, spondeus ut estas,*
„*Atque parens iambum designat, meta trocheum.*" etc.

XXV. f. 138—139. Rufini Grammatici Versus de Numeris Oratoriis.

Inscriptio: „*Versus Rufini cuiusdam scolastici de pedibus quibus „utuntur oratores.*"

Initium: „*Hec ego Rufinus collegi mente benigna*" etc.

Finis: „*Hanc docet eloquium summi demostenis artem.*"

Exstant in **Putschii** *Grammat. vet. col. 2713. 2714.*

XXVI. f. 139. v.—143. Diversorum Poetarum Catalecta.

1. „**Versus de philosophia et VII liberalibus artibus.**" Carmina proprie undecim sunt, a similis argumenti poematiis apud **Sirmondum** (*in not. ad Theodulphi opera Paris. 1646. p. 296.*) et apud **Ang. Maium** (*Auct. class. tom. V. p. 420.*) diversa. Primum huc transscribimus, reliquorum initia damus:

1. „*Philo libros sceptrumque gerens sum dicta sophia,*
„*Astris insideo quę sunt terrena gubernans,*
„*Per me temptantur terreque marisque meatus,*
„*Vestibus inque meis variis in margine subtus*
„*φ grecum viret intextum θ desuper atque,*
„*Et gradus in medio michi per quos scando notati*
„*Sunt, ut ab hac possit vitam quis adire futuram.*
„*Scindor ab his, asini cum sint se scire fatentur.*"
2. „*Nomine Philo vocor merito vocitata logia.*" etc.
3. „*Mercurius dicor numen sapientibus aptum.*" etc.
4. „*Jure locum defendo michi Grammatica primum.*" etc.
5. „*Artibus accedo Rethorica mixta supremis.*" etc.
6. „*Obducta facie, membris oculisque retortis,*
„*Intingens cordi calamum Dialectica dicor.*" etc.
7. „*In medio quartam sedem sortita sororum*
„*Per partes proprias Arithmetica parcior illa.*" etc.
8. „*Musica sum fateor totum variata per orbem.*" etc.
9. „*Orbem terrarum numeris Geometrica certis*
„*Metior et virga, studiis neglecta priorum.*" etc.
10. „*In celis habitans Astro sum dicta logia.*" etc.
11. „*Est Medicina michi per plurima secula nomen.*" etc.

2. „Versus de XII oppositis signis." Burm. *Antholog. lat. V. 44.*

3. „Item tristicon de oppositis signis."
„*Mergitur hammonis libra, tauri scorpius ortu,*
„*At geminos fugit arcitenens, cancrum capricornus,*
„*Hinc leo pellit aquas fundentem virgoque pisces.*"

4. „Item disticon unde supra."
„*Libra quod est hammon, nepa bos, geminos fuge chelas,*
„*Aegan cancer ages, urnam leo virgoque pisces.*"

5. „Versus de ordine septem planetarum." Incipiunt:
„*Ordo planetarum non ordine fit feriarum.*" etc.

6. „Versus de ordine creature dei." Incipiunt: „*Primus in orbe dies lucis primordia sumpsit*" etc. Exstant apud Beckium *de Orosii fontibus p. 68.*

7. „Versus Platonis de greco in latinum translati." Burm. *Antholog. lat. III. 110.* et Marbod. *Op. edit. cit. col. 1684.* Cfr. Meier *Antholog. lat. n. 938.* in adnot.

8. „Versus de institutione viri boni." Ausonius *Edyll. XVI.* et Burm. *Antholog. lat. V. 141.*

9. „Incipiunt monostica scripta a XII sapientibus viris „de diversis causis." Burm. *Antholog. lat. III. 75.*

XXVII. f. 143—145. Ivonis Carnotensis ad Duniensis S. Aviti coenobii Virgines, et ad Valterium Metensem episcopum Epistolae.

Prior harum epistolarum, quae ab alia manu codici adiectae sunt, exstat inter Ivonis epistolas *(ed. Paris. 1610.)* No. X., altera est XVI. nobis non integra, desinit enim in his concilii Aquisgranensis verbis: „*numquam eam uxorem habeat.*"

Codex in quo recensendo solito verbosiorem esse oportuit, olim ad Sebastianum Tengnagelium pertinuit.

CCLXXXII.

4194. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum*
R. 84. *VIII, et 230, in quarto.*

I. f. I.—VIII. Q. Septimii Florentis Tertulliani Carmen de Iona Propheta. *Opp. edit. Rigalt. Paris. 1675. p. 576.*

Inscriptio: „*Septimii Florentis Tertullianii de Jona propheta carmen „heroicum.*" Subscriptio: „*Finis versuum Tertulliani de Jona quos „ego Janus parrhasius ex antiquissimo codice longobardis exarato li„teris exscripsi, quam maxime licuit ex fide.*" Nullis dubito carmen a

Parrhasio e codice Bobiensi nunc nostro CCCXXII. e quo emaculatius id olim prodibit, transscripsisse. Subiiciuntur deinde Hieronymi, Augustini, Lactantii et Isidori de Tertulliano testimonia, manu itidem Parrhasii, scripta.

II. f. 1—18. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Carne Christi Liber. *Opp. edit. cit. p. 307—325.*

Inscriptio: „*Q. Septimi florentis Tertulliani Incipit liber de carne* „*xpi.*" Subscriptio: „*Explicit liber de carne Q. Septimi florentis tertul-* „*liani.*"

III. f. 18. v.—60. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Resurrectione Carnis Liber. *Opp. edit cit. p. 325—365.*

Inscriptio: „*Incipit liber de carnis resurrectione.*" Subscriptio: „*Q. Sep-* „*timi florentis Tertulliani explicit liber de carnis resurrectione.*"

IV. f. 60—69. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Corona Militis Liber. *Opp. edit. cit. p. 100—111.*

Inscriptio: „*Q. Septimi florentis Tertulliani Incipit liber de corona* „*militis.*" Subscriptio: „*Q. Septimi florentis tertulliani explicit liber* „*de corona militis.*"

V. f. 69—71. v. Q. Septimii Florentis Tertulliani ad Martyres Liber. *Opp. edit. cit. p. 136—139.*

Inscriptio: „*Incipit liber ad martirias.*" Subscriptio: „*Explicit liber de* „*di martirias.*"

VI. f. 71. v.—79. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Poenitentia Liber. *Opp. edit. cit. p. 120—129.*

Inscriptio: „*Incipit liber eiusdem de penitentia.*" Subscriptio: „*Explicit* „*liber Tertulliani de penitentia.*"

VII. f. 79. v.—89. v. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Virginibus velandis Liber. *Opp. edit. cit. p. 172—183.*

Inscriptio: „*Incipit liber eiusdem de virginibus velandis.*" Subscriptio: „*Explicit liber de virginibus velandis.*"

VIII. f. 89. v.—99. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Cultu Feminarum Libri II. *Opp. edit. cit. p. 149—161.*

Liber primus inscribitur: „*Incipit liber tertulliani de habitu mulie-* „*bri,*" et subscriptio: „*Q. Septimi florentis Tertulliani explicit liber de* „*habitu muliebri.*" Libri secundi (*f. 93.*) inscriptio: „*Incipit liber eiusdem* „*de cultu feminarum.*" Subscriptio: „*Explicit liber de cultu feminarum.*"

IX. f. 99—106. v. Q. Septimii Florentis Tertulliani ad Uxorem Libri II. *Opp. edit. cit. p. 161—172.*

Inscriptio: „*Q. Septimii Florentis Tertulliani Liber primus ad Uxorem.*" Desunt in principio verba: „*Dignum duxi dilectissima mihi.*" Subscriptio libri I.: „*Explicit liber primus ad uxorem.* Inscriptio secundi: „*Incipit liber secundus ad uxorem.*" Subscriptio nulla.

X. f. 106. v.—115. v. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Fuga in Persecutione Liber. *Opp. edit. cit. p. 536—544.*

Inscriptio: „*Q. Septimi florentis Tertulliani. Incipit liber de fuga in persecutione.*" Subscriptio: „*Explicit liber tertulliani de persecutione.*"

XI. f. 115. v.—118. Q. Septimii Florentis Tertulliani ad Scapulam Liber. *Opp. edit. cit. p. 68—72.*

Inscriptio: „*Incipit liber tertulliani ad scapulam.*" Subscriptio: „*Explicit liber tertulliani ad scapulam.*"

XII. f. 118. v.—124. v. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Exhortatione Castitatis Liber. *Opp. edit. cit. p. 519—525.*

Inscriptio: „*Incipit liber Tertulliani de exhortatione castitatis.*" Subscriptio: „*Explicit liber Tertulliani de exhortatione castitatis.*"

XIII. f. 124. v.—136. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Monogamia Liber. *Opp. edit. cit. p. 525—535.*

Inscriptio: „*Incipit liber Tertulliani de monogamia.*" Subscriptio: „*Explicit liber de monogamia.*"

XIV. f. 136—142. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Pallio Liber. *Opp. edit. cit. p. 111—119.*

Inscriptio: „*Incipit liber Tertulliani de pallio.*" Subscriptio: „*Explicit liber de pallio. Deo gratias amen. Finis libri hujus. Scriptum per me Merchionem natum de milt.*"

XV. f. 144—151. v. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Patientia Dei Liber. *Opp. edit. cit. p. 139—149.*

Inscriptio: „*Incipit liber Q. Septimi Florentis Tertulliani presbyteri de paciencia Dei.*" Subscriptio: „*Explicit liber Q. Septimi Florentis Tertulliani de paciencia Dei.*"

XVI. f. 151. v.—173. Q. Septimii Florentis Tertulliani adversus Praxean Liber. *Opp. edit. cit. p. 500—518.*

Inscriptio: „*Incipit liber eiusdem adversum praxean.*" Subscriptio: „*Explicit adversus praxean liber Tertulliani.*"

XVII. f. 173. v. — 185. Q. Septimii Florentis Tertulliani adversus Valentinianos Liber. *Opp. edit. cit. p. 250 — 263.*

Inscriptio: „*Incipit liber eiusdem Q. S. Tertulliani adversus Valen-„tinianos.*" Subscriptio: „*Explicit liber adversus Valentinianos.*"

XVIII. f. 185 — 230. Q. Septimii Florentis Tertulliani adversus Marcionem Liber I — III. *Opp. edit. cit. p. 365 — 412.*

Inscriptio: „*Incipit liber primus Q. Septimi Florentis Tertulliani „adversus Marcionem.*" Liber tertius abrumpitur in his p. 407. edit. cit. verbis: „*ab hominibus forma tua. Nam etsi tempestivus,*" — manu coaeva adnotante: „*Desunt circa sex chartae.*"

In fronte voluminis legitur: „*Auli Jani Parrhasii et amicorum „Neapoli in duobus voluminibus, aureis emptus quatuor.*"

Ad nos Neapoli e monasterio S. Ioannis de Carbonaria translatus.

CCLXXXIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV., totus quantus Joannis Cuspiniani manu scriptus, foliorum 188, in quarto. 3265. / U. 86.

I. f. 1 — 33. Aristeas de LXX Interpretibus ad Philocratem, Matthia Palmerio interprete. cum eiusdem praefatione ad Paulum II. P. M.

Inscriptio: „*Aristeas de LXXII interpretum interpretatione ad phi-„locratem fratrem per Matthiam Palmerium versus.*" Subscriptio: „Ὁ ἰωαννης κουσπινιανος ἰατρος καὶ ποιητες ἐργαφε *Anno M. D. VI. 6to idus „septembres in Gmunden.*" Palmerii Aristeam iam anno 1471 cum Bibliis latinis *Romae apud Schweinheim et Pannarz* impressis, editum fuisse constat.

II. f. 34 — 74. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Carne Christi Liber. *Opp. edit. Rigalt. Paris 1675. p. 307 — 325.*

Inscriptio: „*Q. Septimi Florentis Tertulliani Carthaginensis de „carne christi Liber incipit feliciter.*" Praemittitur indiculus operum Tertulliani.

III. f. 74. v. — 188. Q. Septimii Florentis Tertulliani de Resurrectione Carnis Liber. *Opp. edit. cit. p. 325 — 365.*

Inscriptio: „*Eiusdem Tertulliani de carnis resurrectione liber incipit „feliciter.*"

In theca codicis Cuspiniani monogramma C. M. P. cui sequentes subscripsit versiculos:

„*Scire cupis, cuinam liber ipse ego servio servus?*
„*Dicere si possem, lingua parata foret.*

„Tu tamen hoc triplices monogrammata disce figuras,
„Quis sine me domini nomina scire potes.
„Hic quondam musas, medicam sed nunc colit artem;
„Has artes Phoebi Cuspinianus amat."

Codex cum libris Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis bibliothecae universitatis accessit.

CCLXXXIV.

100* / s. n. *Fragmenta codicis manuscripti membranacei saeculi VI. unica columna, in forma octava exarati, nunc in tenues lacinias concisi*

Ulpiani Institutionum Fragmenta.

De hisce Ulpiani fragmentis cum Plinii laciniis supra CCXXXIV. recensitis, in Hilarii Pictaviensis volumine papyraceo repertis, exposui in *Epistola de Ulpiani Institutionum fragmento in Bibliotheca palatina Vindobonensi nuper reperto ad F. C. Savigny. Vindobonae 1835. 8°.*

CCLXXXV.

4772. / U. 649. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XVI. ineuntis, diversarum manuum, foliorum 377, in octavo minori.*

I. f. 9 — 55. Hippocratis Aphorismi, graece.

Inscriptio: „Ἱπποκράτους ἀφορισμῶν βιβλίον." Abrumpuntur in verbis: „ἐπὶ σφακελισμοῦ (sic) ὀστέου." *Edit. Linden I. 109.* Praemittitur f. 1 — 8. libellus impressus: *„Tractatulus de Vini conservatione valde utilis ad egri„tudines evitandas. Venetiis, per Simonem de Luere 1509."*

II. f. 58 — 62. Ioannis Cuspiniani Vita Hippocratis.

Prologus incipit: *„Cuspinianus Studiosis Medicine salutem. Hiis „diebus quibus annuam lectionem finieram, ne quid temporis perderem, „sed studio potius impertirem, cogitavi enchyridion aliquod vobis interpre„tari quod et breve et utile foret."* etc. Initium opusculi: *„Vita hippo„cratis per Cuspinianum collecta. Hippocrates tempestatibus floruit „peloponesiacis, quibus Democritus Abderita, Empedocles, Gorgias Leon„tinus, Hippias Milesiacus, Zeno et Parmenides philosophi insignes habe„bantur."* Finis: *„Sed et puellam Hippocrates comitem primo die ita salu„tasse: salve virgo, postridie vero: salve mulier; fuerat enim illa nocte „puella vitiata."*

III. f. 62. v. — 71. Hippocratis Iusiurandum, Petro Paulo Vergerio interprete.

Inscriptio: *„Jusiurandum Hippocratis."* Subscriptio: *„Pe. Pau. „Vergerius transtulit."* Non differt versio nostra ab ea quae Nicolai Perotti nomine circumfertur.

IV. f. 71—72. Pseudo-Hippocratis Epistola de Microcosmo ad Ptolemaeum.

Inscriptio: „*Epla hyppocratis de Microcosmo ad Regem Ptolomeum.*" Initium: *In principio creavit deus mundum, hoc est coelum et „terram.*" Finis: „*Nam in infantibus et senibus magis flegma abundat, in „pueris et iuvenibus sanguis, in viris colera rubra et nigra.*"

V. f. 72—75. Pseudo-Hippocratis Epistola ad Ptolemaeum, carmine reddita.

Inscriptio et initium: „*Vide quid etas nostra possit. Quidam doctus poeta „hanc epistolam cum multis aliis medicine principiis in carmen elegantissi„mum redegit, quod occulis quoque hic subjicere placuit.*"

„*Accipe, sed paucis, que scripsit epistola magni*
„*Hippocratis regi Ptolomęo, ita incipit ille:*
„*Quattuor hic totus mundi componitur orbis*
„*Seminibus, lympha ac terra sed et aere et igni,*
„*Hoc est humenti gelido sicco calidoque.*"

Finis: „*Donec ad extremum pervenerit ipse december*
„*Solstitium, sed si cubitare coegerit estas*
„*Te purgare statim bone vir, mihi crede, memento.*"

VI. f. 76—79. Vindiciani Epistola ad Pentadium Nepotem.

Inscriptio: „*Epla Ventidiani ad Pentadium Nepotem suum*" Vid. supr. d. Cod. CCXXXIV. 3.

VII. f. 79 — 103. Ioannis Cuspiniani Excerpta Argumenti Medici.

VIII. f. 105—110. Hippocratis Iusiurandum, graece et latine.

Versio eadem quae iam supra No. 3. adfuit, iterumque Vergerio tribuitur. Usque folium 110. omnia Cuspiniani manuscripta sunt.

IX. f. 113 — 141. Quinti Sereni Sammonici de Medicina Carmen.

Inscriptio: „*Quinti Sereni Medicinę liber.*" Capita spuria ab Aldo carmini adiecta, ab alia manu addita sunt.

X. f. 141. v. — 147. S. Benedicti Crispi Commentarium Medicinale.

Inscriptio: „*Crispi diaconi Mediolanensis ad Maurum commentarium medicinale.*" Subscriptio: „*Nos docet hec Crispus medicali munere „plenus.*" Carmen nuper e codice Vaticano protulit Ang. Maius *Auct. class. tom. V. p. 391. ss.* et ex ipso hoc nostro codice, a cl. Frid. Reuss M. D. collato, recensuit Ioann. Val. Ulrich M.D. *Kitzingae 1835. 8°.*

XI. f. 149—159. Aegidii Corboliensis Carmen de Pulsibus.

Inscriptio: „*Aegidii Romani de pulsibus libellus.*" Praefatio prosaica abest.

XII. f. 160—169. Aegidii Corboliensis Carmen de Urinis.

Inscriptio: „*Egidii Romani de Urinis libellus.*" Praefatio prosaica abest.

XIII. f. 169. v.—176. Theodorici Ulsenii de Modo pharmacandi Libri II.

Inscriptio: „*Libellus de modo pharmacandi.*" Carmen Ulsenii cum praefatione ad Martinum Mellerstat, quam codex noster non habet, *Norimbergae 1496, in 4°.* est impressum.

XIV. f. 177—181. Prisciani Caesareensis de Ponderibus et Mensuris Carmen.

Inscriptio et subscriptio nulla. Abrumpitur carmen in medio *vers. 168.* Subiiciuntur variae de ponderibus et mensuris observationes.

XV. f. 184 — 194. I. Moderati Columellae de Cultura Hortorum Carmen.

Inscriptio: „*Junii Moderati Columelle de Cultura hortorum* „*Carmen ad P. Silvinum.*"

XVI. f. 194. v.—198. Palladii Rutilii Tauri Aemiliani de Insitione Carmen.

Inscriptio: „*Palladii Rutilii Tauri Emiliani de Insitione* „*arborum carmen ad Pasiphilum virum doctissimum.*"

XVII. f. 199—201. Pseudo-Virgilii Moretum.

Inscriptio: „*Maronis Moretum.*"

XVIII. f. 203—205. P. Ovidii Nasonis de Medicamine Faciei Libellus.

Inscriptio: „*Ovidii Carmen de Medicamine faciei.*

XIX. f. 212 — 242. Ioannis Cuspiniani Excerpta Argumenti Medici.

Excerpta haec, iterum Cuspiniani manu scripta, e Columella, Plinio aliisque auctoribus petita sunt.

XX. f. 243—290. Incerti de Causis et Accidentibus Senectutis Liber.

Incipit: „*Domine mundi qui ex nobili bina stirpe originem assumpsisti,*

„*deus ad vestram clementiam et sanctitatem faciat pervenire omnia adop-*
„*tata.*" etc.

XXI. f. 291. Incerti Carmen de Calvitio curando.

„*Carmen nobilissimum de Calvitio curando.*"
„*Ars medicinalis partes diffusa per orbis,*
„*Cum privet variis languentia corpora morbis,*
„*Miror inesse viris tot frontes absque capillis,*
„*Quosque frequento magis, miseresco frequentius illis.*
„*Jamque Salerninę pede claudicat ars medicinę,*
„*Cum vis desit ei, succurrere calviciei.*
„*Tu si cunctorum fore vis medicus medicorum,*"
„*Atque capillorum novus insitor esse novorum,*"
„*Hanc quoque divinam lege, scribe, tene medicinam.*"
„*Albe si nigrum gallinę videris ovum,*
„*Hoc cape cum cornu dextro miscens leporino,*
„*Excussus pulvis pedibus leporis fugientis*
„*Additur, et nati noviter rugitus aselli,*
„*Tres saltus picę, totidem radios cape lunę,*
„*Et caveas levus talpę ne desit ocellus,*
„*Cum quibus et parvę caudam summes tibi ranę,*
„*Umbra sed antiquę fossę non debet abesse.*
„*His adiungatur quarto qui currit in anno*
„*Ungula bisexti, de sanguine plena chimerę,*
„*His addes oleum de nigro marmore tortum.*
„*Mixta simul vitreo contundas vase silendo,*
„*Et per tres horas facies bullire patellam,*
„*Que de virgineo fiat tantummodo cęno.*
„*Mittas in ampellam donec bene frigida fiant,*
„*Et media nocte, lucente per omnia sole,*
„*Calviciem caute tali perfunde liquore,*
„*Aspiciesque novis caput ebullire capillis,*
„*De duro tenera ceu marmore pullulat herba.*
„*Hęc tibi divitię postea sufficient medicinę,*
„*Cuius nec iota minimum scit gallia tota.*"

XXII. f. 291 — 358. Macer Floridus de Viribus Herbarum.

Inscriptio nulla. Ordo capitum cum editione cl. Choulant *Lipsiae 1832.* collatus, hic est: Cod. cap. I. = edit. cit. 1. — II. = 2. — III. = 3. — IV. = 4. — V. = 5. — VI. = 6. — VII. = 8. — VIII. = 9. — IX. = 10. — X. = 18. — XI. = 28. — XII. = 41. — XIII. = 46. — XIV. = 11. — XV. = 50. — XVI. = 34. — XVII. = 36. — XVIII. = 14. — XIX. = 59. — XX. = 27. — XXI. = 29. — XXII. = 33. —

XXIII. = 48. — XXIV. = 52. — XXV. = 53. — XXVI. = 65. — XXVII. = 54. — XXVIII. = 31. — XXIX. = 44. — XXX. = 56. 57. — XXXI. = 17. — XXXII. = 55. — XXXIII. = 61. et 45. — XXXIV. = 43. — XXXV. = 20. — XXXVI. = 22. — XXXVII. = 25. — XXXVIII. = 63. — XXXIX. = 42. — XL. = 47. — XLI. = 60. — XLII. = 62. — XLIII. = 15. — XLIV. = 30. — XLV. = 64. — XLVI. = 38. — XLVII. = 13. — XLVIII. = 16. — XLIX. = 19. — L. = 32. — LI. = 37. — LII. = 49. — LIII. = 21. et 7. — LIV. = 12. — LV. = 23. — LVI. = 24. — XVII. = 35. — LVIII. = 39. — LIX. = 51. — LX. = 26. — LXI. = 40. — LXII. = 58. — LXIII. = 66. — LXIV. = 67. — LXV. = 68. — LXVI. = 69. — LXVII. = 71. — LXVIII. = 72. — LXIX. = 73. — LXX. = 74. — LXXI. = 75. a. — LXXII. 75. b. — LXXIII. = 76. — LXXIV. = 77. Sequuntur deinde decem capita, quae e codice Gudiano nuper in lucem protraxit cl. Fr. Reuss M. D. in Appendice ad Walafridi Strabi *Hortulum Wirceburgi 1834. p. 100—105*, nempe: Pentafilos = *Edit. cit. cap. 1.* — Algaricum = *2.* — Gentiana = 3. — Proserpinacia = *4.* — Lupinus = *6.* — Saliunca = *8.* — Sarcocolla = *9.* — Sponsa Solis = *7.* — Liquiritia = *5.* — Sambucus = *10.* — Adhaeret denique: „*Unguentum ad omnem guttam.*"

„*Anser summatur veteranus qui videatur,*
„*Mox deplumetur, vitalibus evacuetur,*
„*Et bene mundetur, tamen anser non comedetur,*
„*Unctum porcinum bene seu summatur ovinum,*
„*Et pice larginum vel gummi summe sapinum,*
„*Plenam thure manum non sit tibi summere vanum,*
„*Hec modicumque tere confectio debet habere,*
„*Anseris hinc venter repleatur convenienter,*
„*Anser ut assetur mox igni prostituetur,*
„*Vas supponatur, pinguen ut accipiatur.*
„*Istud pinguamen dat guttę cuique levamen,*
„*Anseris unguentum valet hoc super omne talentum.*"

XXIII. f. 364—371. Theodorici Ulsenii de Modo pharmacandi Libri II.

Est idem carmen de quo iam supra No. 12. diximus. Inscriptio et subscriptio nulla.

XXIV. f. 371. v. — 377. Scholae Salernitanae Regimen Sanitatis.

Inscriptio nulla. Abrumpitur in v. 302. *edit. Ackerm.*

CCLXXXVI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 45, in quarto. 805. / φ. 389.

I. f. 1—38. Calpurnii Siculi Eclogae.

II. f. 38—45. Nemesiani Carthaginiensis Eclogae.

Inscriptio omnes has eclogas Calpurnio tribuit.

CCLXXXVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 130, in quarto. 176. / U. 241.

Platonis Timaeus, Chalcidio interprete, cum eiusdem commentario.

Fol. 1. Chalcidii praefatio inscribitur: „*Incipit Timeus Platonis.*" Fol. 1. v. — 10. v. Timaeus Platonis Chalcidio interprete, cuius tamen nonnisi prima pars (cap. 1—23.) in codice est. F. 11—130. Chalcidii commentarius integer. Inscriptio: „*Incipit commentum calcidii in* „*timeum platonis.*" Subscriptio: „*Calcidius in Timeo explicat*" (sic) „*feliciter.*"

Codex olim ad Conradum Celten pertinuit, qui thecae nomen suum et monogramma adscripsit.

CCLXXXVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 84, in octavo. 278. / U. 243.

Platonis Timaeus, Chalcidio interprete, cum eiusdem commentario.

Commentarius in marginibus foliorum scriptus incipit: „*Osii episcopi* „*cordubensis rogatu calcidius hunc librum suscepit transfundendum,* „*in quo de statu universe rei agitur.*"

Pertinuit olim ad Ioannem Alexandrum Brassicanum, postea munificentia Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis bibliothecae universitatis accessit.

CCLXXXIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 135, in folio. 719. / U. 269.

I. f. 1—128. L. Cael. Lactantii Firmiani Divinarum Institutionum Libri VII.

Praemittuntur manu saeculi XIV. S. Hieronymi de Lactantio testimonia et Honorii Augustodunensis, de *luminar. eccles. I. 81.* de eodem locus, item summarius capitum index. Libro I. lacuna a verbis: *„quod si in „uno exercitu"* (*edit. Paris 1784, tom. 1. p. 11.*) usque ad verba: *„etiam „reges fuerunt, in quos cadere"* (*edit. cit. p. 13.*) a manu saeculi XV. suppleta est. Liber III. fine truncatus abrumpitur (f. 55.) in his (*edit. cit. p. 269.*) verbis: *„huius itaque perversę potestatis."* Ultimo libro adhaeret Lactantii de opificio hominis cap. 19. et 20. particula, a verbis (*edit. cit. tom II. p. 121.*) *„Illud quoque venire in questionem potest,"* usque ad verba: *„quo vitam posset adipisci,"* et rursus a cap. 20. verbis: *„Hec ad „te demetriane"* usque ad verba: *„ad beate vite statum expectant."* Margo notulis manu Thomae Haselbachii scriptis est conspersus.

II. f. 128. v. — 135. Pseudo-Ambrosius de Moribus Brachmanorum. *Bissaei Palladius Lond. 1665, p. 57. ss.*

Inscriptio a prima manu nulla, sed Haselbachius margini adscripsit: *„Credo istum libellum etiam lactantii fore ad eundem demetrianum ad „quem supra."*

Codex a Ioanne Fabri episcopo Vindobonensi collegio studentium ad S. Nicolaum donatus.

CCXC.

3138. / U. 270. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. potiore sui parte praecedentis apographum, foliorum 313, in folio.*

I. f. 1 — 212. L. Cael. Lactantii Firmiani Institutionum Divinarum Libri VII.

E praecedenti codice descriptus, easdem lacunas et augmenta habet. Subscriptio: *„Explicit volumen divinarum institutionum libros septem continens „partiales, quorum primus de falsa religione deorum inscribitur, 2dus de „falsa religione tantum, tertius de falsa sapiencia philosophorum, quartus „de vera religione et vera sapientia, quintus de iusticia, sextus de vero „cultu, septimus de vita beata, venerosi"* (sic) *„nec non egregiosi viri „firmiani et lactantii, arnobii preclari disciputi, cesarisque crispi „filii constantini doctoris magistrique prestantissimi. Finit in vigilia Colo„manni austrie patroni singularissimi anno incarnationis ihu xpi „M⁰ CCCC⁰ XXXIII⁰ per magistrum Ioannem römer de wildon aput „sacram studii wyennensis universitatem etc. Amen."*

II. f. 213 — 220. Pseudo-Ambrosius de Moribus Brachmanorum. *Bissaei Palladius Lond. 1665. p. 57. ss.*

Inscriptio, manu Thomae Haselbachii: *„de Bragmanorum habitu„dine. Credo hunc libellum Lactantii ad Demetrianum de quo supra."*

III. f. 221 — 223. Epistolae Brachmanorum ad Alexandrum Magnum. *Bissaei Palladius Lond. 1665. p. 85. ss.*

Inscriptio vel subscriptio nulla.

IV. f. 224 — 235. L. Cael. Lactantii Firmiani de Ira Dei ad Donatum Liber.

Inscriptio: „*Incipit liber lactantii de ira dei ad donatum.*" Graeca literis latinis, addita e regione versione, scripta sunt.

V. f. 236 — 247. L. Cael. Lactantii Firmiani de Opificio Hominis ad Demetrianum Liber.

Inscriptio: „*Incipit liber firmiani qui eciam lactantii de opificio* „*dei vel formacione hominis.*" Fol. 247. manu Haselbachii: *sequitur* „*Grecum diversorum autorum in premissis libris institutionum divinarum* „*voluntate scriptoris obmissum, cum suis interpretationibus,*" et tandem f. 260. „*Tabula Lactancii,*" quae satis amplum in hoc opus indicem continet.

Codex ex Haselbachii testamento „librariae collegii ducalis" accesserat.

CCXCI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 201, in folio. 761. S. 118.

I. f. 1 — 171. v. L. Cael. Lactantii Firmiani Institutionum Divinarum Libri VII.

Praemissis S. Augustini et S. Hieronymi de Lactantio locis, inscriptio: „*Firmiani Lactantii adversus gentes institutionum liber* „*primus incipit feliciter.*"

II. f. 171. v. — 186. v. L. Cael. Lactantii Firmiani de Ira Dei ad Donatum Liber.

Inscriptio: „*Firmiani Lactantii de ira dei ad donatum liber* „*incipit.*"

III. f. 186. v. — 201. L. Cael. Lactantii Firmiani de Opificio Hominis ad Demetrianum Liber.

Inscriptio: „*Lactantii Firmiani de opificio hominis ad demetri*- „*anum liber incipit.*"

Graeca desunt, variae lectiones margini ab ipso librario qui codicem exaravit hinc inde adscriptae.

Ad nos cum libris bibliothecae archiepiscopalis Salisburgensis pervenit.

CCXCII.

680. Th. 80. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro ornatis, foliorum 138, in folio.*

I. f. 1—155. L. Cael. Lactantii Firmiani Institutionum Divinarum Libri VII.

Inscriptio: „*Lactantius Firmianus de falsa religione.*" Praemittitur S. Hieronymi de Lactantio locus, et capitum elenchus.

II. f. 155. v.—169. L. Cael. Lactantii Firmiani de Ira Dei ad Donatum Liber.

Inscriptio: „*Lactantii firmiani de ira dei ad donatum liber in-„cipit.*"

III. f. 170—183. L. Cael. Lactantii Firmiani de Opificio Hominis ad Demetrianum Liber.

Inscriptio: „*Lactantij fir. de opificio hominis ad demetrianum liber „incipit.*"

Codex olim ad Ioannem Sambucum pertinuit.

CCXCIII.

717. Th. 92. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 256, in folio.*

I. f. 1—209. L. Cael. Lactantii Firmiani Institutionum Divinarum Libri VII.

Inscriptio: „*Firmiani Lactantii Divinarum Institutionum adver-„sus gentiles Liber primus.*"

II. f. 210—230. L. Cael. Lactantii Firmiani de Ira Dei ad Donatum Liber.

Inscriptio: „*Firmiani Lactantii ad Donatum de ira Dei liber „incipit.*"

III. f. 231—251. L. Cael. Lactantii Firmiani de Opificio Hominis ad Demetrianum Liber.

Inscriptio: „*Firmiani Lactantii ad demetrianum de opificio „hominis liber incipit.*"

IV. f. 252—256. Pseudo-Lactantii Carmen de Phoenice.

Inscriptio nulla. Subiiciuntur Ovidii versus de Phoenice *Metamorph.*

XV. v. 391 — 402. Cum editionibus contulit, et varias lectiones adnotavit Lambecius *Comment. Libr. II. edit. Koll. col. 600.*

V. f. 256. Venantii Fortunati Carmen Paschale.

Inscriptio nulla.

CCXCIV.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 249, in folio. 3120. R. 1670.

I. f. 1 — 178. L. Cael. Lactantii Firmiani Institutionum Divinarum Libri VII.

Inscriptio: „*Firmiani Lactancii de falsa religione liber primus* „*incipit.*" Subiiciuntur S. Augustini et S. Hieronymi nec non et Fr. Petrarchae *(Opp. edit. Basil. 1581. p. 294.)* de Lactantio testimonia.

II. f. 179 — 213. Q. Septimii Florentis Tertulliani Apologeticus.

Praemisso S. Hieronymi de Tertulliano loco, inscriptio: „*Incipit* „*Apologeticum Tertulliani.*"

III. f. 214 — 249. Incerti Auctoris Fabularius poeticus.

Est Angeli Maji Mythographus Vaticanus secundus *Auct. class. tom. III. p. 83. ss.* editus. Praemittitur in codice nostro „*Prohemium in fabulas* „*poetarum*" ineditum, quod integrum transscribo:

„*Fabulas poetę a fando nominaverunt, quia non sunt res factae sed* „*tantummodo fictae. Quae ideo sunt inductę, ut fictorum mutorum ani-* „*malium inter se colloquio imago quędam vitę humanę nosceretur. Has* „*primum invenisse traditur alcimon crotoniensis. Apellantur quoque* „*hisopicae vel lybisticę. Hisopicę sunt, quom animalia muta inter* „*se sermocinasse finguntur, vel que animum non habent, ut urbes, arbores,* „*montes, petrę, flumina. Lybisticę autem, dum hominum cum bestiis,* „*aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium. Fabulas* „*poetae quasdam delectandi causa finxerunt, quasdam ad naturam rerum,* „*nonnullas ad mores hominum interpretati sunt. Delectandi causa fictas,* „*ut eas quas vulgo dicunt, vel quales plautus et terentius composuerunt.* „*Ad naturas rerum fabulas fingunt, ut vulcanus claudus, quia per natu-* „*ram nunquam rectus est ignis; ut illa trifformis bestia, prima leo, pos-* „*trema draco, media ipsa chimera vel caprea, ętates hominum per eam* „*volentes distinguere, quarum ferox est et horrens prima adolescentia, ut* „*leo, dimidium vitae tempus lucidissimum ut caprea, eo quod acutissime* „*videat; tunc fit senectus casibus subiacens inflexis draco. Sic et ippocen-* „*tauri fabulam esse in hominem equo mixtum ad exprimendum humanę*

„vitę velocitatem, quia equum constat esse velocissimum. Ad mores ut apud „horacium mus loquitur muri, et mustella vulpeculae, ut post narrationem „fictam ad id quod agitur verax significatio referatur. Unde et histopica- „les sunt fabulae ad morum finem relatę, vel sic in libro iudicum ligna sibi „regem requirunt et loquuntur ad olivam, et ad ficum, et ad vitem, et ad „rubum. Ad totum utique ad mores fingitur ut ad rem quę intenditur ficta „quidem narratione, sed veraci significatione veniatur. Sic et demostenes „orator fabula usus est adversus philippum, qui quom ab atheniensibus „postularet, ut sibi decem oratores darentur et disceret, finxit ille hanc „fabulam, qua desvaderet, dicens: Lupum aliquando pastoribus, quorum „diligentiam decipere voluisset, svasisse, ut in amiciciam convenirent, ea „tamen conditione, ut si canes, in quibus erat cura iurgiorum, iure illis „traderentur. Annuisse pastores et in spem securitatis dedisse canes, quos „ovium suarum vigilantissimos custodes habebant; tunc lupi adempta omni „formidine, omne quod in gregibus illis erat, non pro satietate tantum, „verum pro libidine laceraverunt; philippum quoque principes populi pos- „tulare, quo facilius posset opprimere spoliatam custodibus urbem." Sequitur deinde *„Prologus in fabularium"* et ipsius operis cap. 1—152. quod in verbis: *„quia tribus insulis prefuit; quę subiacent hispanię balearicę minori „et maiori"* desinit.

Continuo subiiciuntur exerpta e Lactantii Placidi Abbreviationibus Metamorphoseon, et quidem *Libri II. fab. 1. 4. Libr. I. fab. 8. 9. 10—12. 12. 14. Libr. II. fab. 5—11. 13. Libr. III. fab. 1—3. Libr. VI. fab. 8. 7. Libr. III. fab. 4. 6. 7. Libr. IV. fab. 4. et Libr. IV. fab. 6. et 4.*

Textus noster cum Vaticano, praeter levissimas discrepantias conspirat; sed Versus novem Musarum cap. 24. et Scholion capitis 61. non agnoscit. Operae pretium est animadvertere, Mythographo nostro, quem Lactantium Placidum suspicatur illustr. Mai *Op. cit. praef. p. VII.* Lactantii Placidi excerpta adhaerere, et Lactantii Firmiani opus in codice praefigi, cfr. tamen cl. Bode in *praef. ad Script. Rer. Mythicar. Vatic. Cellis 1834. p. XVII.*

CCXCV.

773. R. 397. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 64, in folio.*

I. f. 1—33. L. Cael. Lactantii Firmiani de Ira Dei ad Donatum Liber.

Praemisso capitum indice, inscriptio: *„Incipit liber VIII. firmiani lactantii de ira dei."*

II. f. 33. v.—64. L. Cael. Lactantii Firmiani de Opificio Hominis ad Demetrianum Liber.

Praemisso iterum capitum indice, inscriptio: „*Incipit liber firmiani* „*lactantii de opificio dei vel formatione hominis.*" Subscriptio, notissimo artificio: „„*Bntpnkxs df Crkxfllks dfk grbtkb scrkpskt hxnc lkbrxm dkf* „*XII. Kbnxbrkk 1433.*" Locorum graecorum versio margini est adscripta.

CCXCVI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 78, in quarto minore. 3231. / R. 66

I. f. 1—41. L. Cael. Lactantii Firmiani de Ira Dei ad Donatum Liber.

Praemisso capitum elencho, inscriptio: „*Firmiani Lactantii de* „*ira dei ad Donatum liber.*" Subscriptio: „*Manu mei felicis feliciani* „*Veronensis.*"

II. f. 41. v.—78. L. Cael. Lactantii Firmiani de Opificio Hominis ad Demetrianum Liber.

Inscriptio: „*L. Coelii Lactancii Firmiani de opificio dei seu* „*formatione hominis liber incipit. Lege feliciter.*" Abrumpitur folio ultimo orbatus, in his cap. XXI. verbis: „*Ego vero libentius vel sub hoc onere.*"

In theca notatur a. 1642. Christophorum Corradum Senicensem hunc librum emisse.

CCXCVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 40, in quarto. 259. / U. 259.

I. f. 1—23. Aeneae Gazaei Theophrastus, sive de Immortalitate Animae Dialogus, Ambrosio Traversario interprete.

Inscriptio: „*Aegyptus Alexandrinus latine conversus a sancto* „*viro Ambrosio monacho Florentino.*" Subscriptio: „*Explicit Egyp-* „*tus Alexandrinus.*" Traversarii versio Aeneae Gazaei edita est primum ab Aug. Iustiniano, *Venetiis 1513.* et deinde a Beato Rhenano, *Basileae 1516. 4°.*

II. f. 24—40. L. Cael. Lactantii Firmiani Divinarum Institutionum Epitome.

Inscriptio: „*Incipit epitome libri septimi in Lactancium feliciter.*" Subscriptio: „*Ego henricus de brugis transscripsi 1451. Ego autem* „*Carolus Podocatharus cyprius auscultante Georgio boemio* „*emendavi pro Guarini Veron. exemplari opera superscripta.*" Epitome haec omnium septem Lactantii librorum, non septimi tantum ut in-

scriptio nostra habet, S. Hieronymo iam cognita, a Pfaffio e codice Taurinensi *Parisiis 1712.* typis edita est.

Codex olim ad Ioannem Alex. Brassicanum pertinuit, estque ex eorum numero, qui dono Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis bibliothecae universitatis accesserunt.

CCXCVIII.

4311. / Th. 528. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 208, in quarto.*

L. Cael. Lactantii Firmiani Institutionum Divinarum Libri VII.

Subscriptio: „*Lacteus eloquio Lactantius equore longo*
„*Explicit, instituens vera, prophana vetans,*
„*Hoc pelagus pennis superavi, iam tibi virgo*
„*Stella Maria maris, munera laudis ago.*"

CCXCIX.

3196. / L. q. 40. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 250, in quarto.*

I. f. 1—186. L. Cael. Lactantii Firmiani Divinarum Institutionum Libri VII.

Inscriptio: „*Coelii lactantii firmiani divinarum institutionum* „*adversus gentes liber primus de falsa religione ad constantinum Im-* „*peratorem feliciter incipit.*" Subscriptio: „*Explicit septimus Lactantii de* „*vita beata et ultimo futuro iudicio.*"

II. f. 186. v.—206. L. Cael. Lactantii Firmiani de Ira Dei ad Donatum Liber.

Inscriptio: „*De ira Dei incipit feliciter.*" Subscriptio nulla.

III. f. 207—250. Macer Floridus de Viribus Herbarum.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*O scriptor cessa, quoniam manus* „*sunt* (sic) *tibi fessa. Hoc opus est completum per me Allexium payer* „*in vigilia beati Laurenti martiris, hora duodecima. Anno dñi. M. CCCC°.* „*XXXIII°.*" Insunt omnia Macri capita genuina, hoc ordine I—XXI. XL—LXI. XXII—XXXIX. LXII—LXXII. Herbarum nomina vernacula adscripta sunt. In fine adhaerent quaedam spuria.

CCC.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 208, in folio. 762. / R. 60.

L. Cael. Lactantii Firmiani Institutionum Divinarum Libri VII.

Praemissis S. Augustini et S. Hieronymi de Lactantio testimoniis, et capitum elencho, inscriptio: „*L. Coelii Firmiani Lactan-„tii divinarum institutionum liber primus.*"

Graeca, adiecta in margine versione, satis probe scripta sunt. In fronte adscriptum est possessoris nomen „*Iulii Landi*" cuius etiam arma gentilitia f. 3. adpicta sunt. Iulios Landi duos fuisse, e Donio (*Librar. venet. 1580. p. 24.*) constat.

CCCI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 39, in quarto. 3193. / Ph. 289.

Iulii Firmici Materni Matheseos Libri VIII.

Inscriptio et subscriptio nulla.

CCCII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi IX. foliorum 190, in folio. 89. / S. 72.

I. f. 1—2. Incerti Carmen ad Deum.

Incipit: „*O deus omnipotens, nostrae spes alma salutis,*
„*Exaudi preces famuli super omnia clemens,*
„*Atque mei cordis tenebras depelle malignas,*
„*Ut lux alma queat venas intrare patentes.*"
Finis: „*Quid rogo, quid durum seclo censetur in isto.*
„*Utque illas inter liceat habitare cohortes,*
„*Sedibus et superum semper gaudere beatis.*"

II. f. 2—7. P. Sexti Rufi de Gestis Romanorum Libellus.

Inscriptio: „*Incipit Breviarium Rufi Festi V. C. Rerum gestarum „Populi Romani. Pio perpetuo domino Valentiniano imperatori et „semper augusto rufus festus V. C.*" Subscriptio: „*Explicit Brevia-„rium Rufi Festi V. C.*"

III. f. 7—9. Isidori Hispalensis Ordo Temporum. *Origg. Libr. V. cap. 39.*

Inscriptio: „*Incipit liber de ordine temporum.*" F. 9. v. a manu paullo recentiori sequens adscripta est notula: „*Ista sunt nomina librorum qui post*

„*obitum perhtharii domino fridarico archiepiscopo presentabantur et ille iussit servare. Glosarius. Passionarium. Liber Ysidori. Liber legis. Glosarium super Sedulium. Egloga. Ordo romani concilii. Ordo de katekizandis rudibus. Epistola pauli. Liber partium sapientie. Liber catonis. Liber albini. Peda de metrica arte. Epistolae alexandri magni ad arestotelem. Liber regum. Amalheri.*" — Fridericum I. archiepiscopum Salisburgensem, qui ab anno 958. ad ann. 990. sedit, innuere videtur.

IV. f. 10—163. Glossae ex Veteri et Novo Testamento.

Praefationem integram, cum suis mendis transscribimus: „*Incipit Prologus item Praefatio.*" — „*Hic prologus indicat quibus glossis legentibus ut ubique pro scripturis sacris sermones plerique occultantur, vel mens cuiuscumque rei litterarum excellentiae difficultas detollat intellegentiae ibidem repperiat interlucentes sermonibus, ut hoc quod capere minime potest ei manifestum fiat. tamen glosae plurimum mentem de scripturis per eruditos homines sapientia oppositos ad apertionem sermones sensuum ministrantur, si quis investigare nititur, cur aut quae scribantur glosae non inveniat ex alia ratione eas gestas. Nunc siquis hoc sciscitare cupit, quis primus eas descripserit, multi proponunt gnaros seu eruditos homines, sapientia fuisse tractas, sed tamen virgilius aliqua parte ex inde constituit, et multi putant hieronimum presbyterum in hoc fuisse tractatum. Ideo glosae dicuntur, quia grecum sermonem utuntur et constant. hic per abicinario paria duodecim hanc priorem luculente interpretationis glosulam citius caraxans depixeram. diversa namque aliarum exemplaria glosarum intuitu acerrimae mentis perlustrando sagaciter eventilavi, et quaeque meis magis profutura fuisse pepensi, illico decerpens huius praesenti operis pulchro contextu inserui. Si vero cuiuslibet sagax desiderium per quaesita cuiusumque verbi indagatione in hoc priore opusculo fraudabitur, sequentis credo operis auxiliamini cicius sucurritur. Explicit Praefatio.*" — Inscriptio et initium operis: „*Incipiunt glosae affatae et reliq. ex novo et veteri testamento seu ex ethimologiarum spiritaliter composite.*" — „*A vox est ante verbum v. a per prima. Aaron mons fortitudinis.*" etc. Subscriptio: „*Expliciunt glosae. Deo gratias. Amen.*"

V. f. 164—169. Pseudo-Ciceronis Liber de Synonymis ad L. Victurium.

Inscriptio: „*Incipit Synonima Ciceronis.*" — „*Veturio suo Cicero salutem.*" Desinit mutilus in littera V. Cfr. Fabricii *Biblioth. lat. ed. Ernest. I. 214.*

VI. f. 170—175. Tractatus de Generibus Nominum, secundum seriem alphabeti.

Incipit initio mutilus: *„Canis, gen. fem. ut virgilius: rapide venantis „iuli commovere canes.“*

Citantur diversissimi auctores ab Ennio ad Ambrosium. Fragmenti luce dignissimi editionem spopondit cl. Haupt.

VII. f. 175. v. — 187. Expositiones Locorum iuxta Translationem Hieronymi.

Inscriptio et initium: *„Incipit Expositio Locorum iuxta translationem „hieronimi.“ „Aethiopes. Tenebrosi. Aethiopia. Caligosa.* etc. Subscriptio: *„Explicit.“*

VIII. f. 187 — 189. Interpretationes et Glossae variae.

I. *„Incipit interpretatio diversorum vocabulorum.“ „Mammona, divitiae.“* etc. — II. *„Item expositio diversarum „rerum.“ „Mandragorae. Genus pomi simile parvo peponi specie vel odore.“* etc. — III. *„De his que translata de greco non sunt.“ „Sferotes. „Sperulas, id e pillulas.“* etc. — IV. *„De gentibus.“ „Gomer. Galatae, „id est Galli.“* etc. — V. *„De urbibus et locis.“ „Achar nunc Nisibis „appellatur.“* etc. — VI. *„De fluminibus.“ „Geon, fluvius aethiopęi, „ipse vocatur nilus.“* etc. — VII. *„De nominibus mensium.“ „Nisan „primus.“* etc. — VIII. *„De iudaicis sollemnitatibus.“ „Annus „iubeleus, id est quinquagissimùs.“* (sic) etc. — IX. *„De grecis nomi- „nibus.“ „Theos. deus.“* etc. — X. *„De mensuris.“ „Sestarius atticus, „eminas II.“* etc. — XI. *„Item italicae mensurae.“ „Modus olei „libr. XXIV.“* etc. — XII. *„Item de mensuris.“ „Anfora mod. III.“* etc. — XIII. *„Item de ponderibus.“ „Semeobulus, siliqua. 15.“* — XIV. *„De mensuris terrarum.“ „Digiti quatuor palmus unus.“* — XV. *„De nominibus gallicis.“* Hoc caput integrum describimus: *„Lugduno, desiderato monte; dunum enim montem. Aremorici, „antemarini; quia are ante. Arevernus, ante obsta. Roth, violentum, „Dan et in gallico et in hebreo iudicem; ideo hrodanus, iudex violen- „tus. Brio; ponte. Ambe; rivo. Interambes; inter rivos. Lautro; „balneo. Nanto; valle. Trinanto; tres valles. Anam; paludem. Caio; „breialo sive bigardio. Onno; flumen. Nate; fili. Cambiare, rem „pro re dare. Avallo; poma. Doro; osteo. Renne; arborem grandem. „Treicle, pede.“*

IV. f. 189. v. — 191. v. Glossae Spirituales iuxta Eucherium episcopum.

Inscriptio: *„Incipiunt Glossae spirituales iuxta Eucherium episco- „pum.“* Initium: *„Agricula, deus. Ager, mundus. Arcus domini, exauditio „divina.“* Desinunt, vix integrae: *„pugna, certamen adversus spirituales.“*

X. f. 191. v. Glossae iuxta Virgilium.

Inscriptio et initium: „*Incipiunt Glosae iuxta Vergilium.*" „*Amoenum;* „*fertile, iocundum.*" etc. Desinunt mox mutilae: „*Boreas; ventus.*"

Codex, pretii quantivis, Salisburgo nobis accessit.

CCCIII.

823. H. p. 1092. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 123, in octavo minori.*

I. f. 1—29. Alexandri Magni Epistola ad Aristotelem de Situ Indiae.

Inscriptio: „*Incipit epistola Alexandri magni ad magistrum suum* „*aristotelem.*" Subscriptio: „*Finit epistola Alexandri magni ad aristote-* „*lem magistrum suum.*"

II. f. 29—45. P. Sexti Rufi de Gestis Romanorum Libellus.

Inscriptio: „*Incipit Breviarium Rufi Festi V. C. rerum gestarum* „*populi Romani ad Valentinianum imperatorem.*" Subscriptio: „*Ex-* „*plicit Breviarium Rufi Festi V. C.*" „*Pio perpetuo domino valenti-* „*niano Imperatori et semper Augusto Rufus Festus V. C.*"

III. f. 46—54. Isidori Hispalensis Ordo Temporum. *Origg. Libr. V. cap. 39.*

Inscriptio: „*Incipit liber de ordine temporum.*"

IV. f 55—103. Eutropii Epitome Historiae Romanae.

Inscriptio: „*Incipit Romana Hystoria Eutropii V. C.*"

V. f. 103—105. v. »De Regnis principalibus secundum »Chronicam Eusebii et Hieronymi.«

VI. f. 105—145. Sybillae Vaticinia.

Initium: „*Incipiunt vaticinia sybille. Fuit quedam virgo ex regali* „*genere orta nomine sybilla.*" etc.

VII. f. 115—123. De Tempore Antichristi.

Initium: „*In diebus illis veniet antixps qui dicitur filius perditionis.*" etc.

CCCIV.

3091. H. p. 518. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 19, in folio.*

I. f. 1—5. P. Sexti Rufi de Gestis Romanorum Libellus.

Inscriptio: „*Rufi Sexti Viri consularis Rerum gestarum P. R. Va-* „*lenciano*" (sic) „*Augusto Liber incipit, Lege feliciter.*"

II. f. 6 — 19. Plinii de Viris illustribus Liber.

Inscriptio: „*C. Plinii de viris illustribus incipit feliciter.*"

CCCV.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 3224.
161, in quarto. S. 8. m.

I. f. 1 — 15. P. Sexti Rufi de Gestis Romanorum Libellus.

Inscriptio: „*Ruffi Sexti viri consularis rerum gestarum populi Ro-* „*mani valentiniano Augusto liber incipit feliciter.*"

II. f. 15. v. — 20. P. Sexti Rufi de Regionibus Urbis Romae Libellus.

Inscriptio: „*Descriptio urbis Romanę per Sextum Ruffum.*" Subscriptio: „*Finit Ruffi Sexti.*"

„*Roma vetus veteres cum te rexere Quirites,*
„*Nec bonus immunis, nec malus ullus erat;*
„*Defunctis patribus successit prava iuventus,*
„*Quorum consilio precipitata ruis.*"

III. f. 21 — 42. Epicteti Enchiridion, Nicolao Perotto interprete, cum eiusdem praefatione ad Nicolaum V. P. M.

Inscriptio et initium praefationis: „*Nicolai Perotti in Epiteti phi* „*Enchiridium prefatio incipit feliciter ad Nicolaum quintum pontificem* „*maximum.*" — *Soleo mecum interdum mirari summe pontifex stultitiam* „*atque instabilitatem humani generis.*" etc. Versio incipit: „*Eorum quae* „*sunt, quaedam in nobis sunt, quaedam non sunt in nobis. In nobis quidem* „*opinio, appetitio, declinatio, et ut breviter dicam quaecumque nostra sunt.*" etc. Perotti versionis, ab ea quam Angelus Politianus confecit, quaeque saepius est typis excusa, plane diversae, nec unquam editae meminit Leo Allatius *Apum urban. p. 246.* exstatque in codice Florentino (Vid. Bandini *catalog. II. 458.*) et Vaticano (Apost. Zeno *dissert. Voss. I. 265*).

IV. f. 42. v. — 59. Plutarchus de Fortuna Romanorum, Nicolao Perotto interprete, cum eiusdem praefatione ad Nicolaum V. P. M.

Inscriptio et initium praefationis: „*Nicolai Perotti poete laureati in* „*Plutarchi Libellum de fortuna et virtute Romanorum prefacio incipit* „*feliciter.*" — „*Memini me beatissime pater cum nondum puericie annos* „*excessissem sepe numero a genitore viro optimo audivisse, eum fuisse* „*tam nostrorum quam grecorum scriptorum morem, ut suorum quisque res*

„*gestas, quantum in eo esset extolleret.*" etc. Initium versionis ineditae, cuius Allatius *l. c.* meminit: „*Que multa sepenumero maximaque certamina certaverunt, fortuna et virtus, maximum nunc inter se certamen certant, de Romanorum imperio iudicium subiture.*" etc.

V. f. 60—68. Basilii Magni de Vita Solitaria ad Gregorium Nazianzenum Epistola, Ambrosio Traversario interprete.

Inscriptio et initium: „*Magni Basilii et sacri doctoris greci ad Gregorium Nazanzenum de vita solitaria Epistola incipit. Traducta in latinum per sanctum virum Ambrosium monachum Florentinum.*" — „*Agnovi literas tuas, ut hii qui amicorum filios ex ingenita quam preseferunt parentum similitudine solent recognoscere.*" etc. Subscriptionis loco sequentes versus, addita manu Ioannis Hinderbachii episcopi Tridentini inscriptione: „*Versus Thadei Monachi.*"

„*Si cupis auctorem presentis nosse libelli,*
„*Quod cupis e nostro carmine doctus eris,*
„*Is fuit Ambrosius, toto notissimus orbe,*
„*Camaldulensis religionis honos.*
„*Orator vehemens, latie facundia lingue,*
„*Atque omni in graia parte disertus erat.*
„*Ingenio quantum vivens in utroque valeret,*
„*Multa viri monstrant que monumenta dedit,*
„*Aurea Crisostomi facundo transtulit ore*
„*Dogmata, Basilii noscere scripta dedit,*
„*Et te romanum fecit memorare Laerti,*
„*Et Syrus his etiam connumeretur Effrem,*
„*Et Nazanzenus patet hoc interprete nobis,*
„*Cui sacra nomen theologia dedit;*
„*Atque Dyonisii divina volumina nobis,*
„*Huius nosse dedit lingua diserta viri.*
„*Multaque preterea clarorum scripta virorum,*
„*Doctrinam celebrant ingeniumque viri.*
„*At si forte cupis mores ac noscere vitam,*
„*Obsequium voto carmina nostra gerent.*
„*Inprimis clemens, facilis, pius, iustus et omni*
„*Labe carens, animi simplicitate bonus,*
„*Paupertatis amans, omni laudabilis actu,*
„*Et florem angelice virginitatis habens.*
„*Consilio prudens, viteque exemplar honeste,*
„*Nullius culpae conscia vita fuit.*
„*Neve igitur tante meritum virtutis obiret,*
„*Pontificis cavit provida cura sacri,*
„*Eugenio primum siquidem cogente subivit*

„Camaldulensi religione locum,
„Hoc meruit terras habitans, nunc astra beatus
„Possidet, et merito perfruiturque bono.
„Jure igitur sacros hos tu venerare labores,
„Atque in deliciis lector habere velis.
„At tu qui celsa resides in sede tonantis,
„Thadeum Ambrosi fac tueare pater,
„Ipse mihi faveas portus ut nostra salutis
„Perveniat precibus fulta carina tuis."

Versionis huius epistolae Basilii ad Gregorium Nazianzenum (*inter Opp. Basilii Paris. 1637. tom. III. p. 41. s.*) ab ea quae Francisci Philelphi nomine circumfertur diversae, nemo qui opusculorum Traversarii catalogum texuit, meminit. Nostra versio absque interpretis nomine exstat in codice Florentino apud Bandinium *catalog. VI. 271.* qui eam Petro Balbo tribuendam censet, nostri codicis testimonio facile refellendus.

VI. f. 69—86. »Libellus Expositionum Dictionum graecarum »in prologis S. Hieronymi in libros veteris novaeque Scripturae, »quem lege intentius.«

Incipit: *„Preteriere plures anni quod me literis suis quidam clericus „nomine paganus brittanus quesivit."* etc. Hinderbachius libelli titulo adscripsit: *„Guarini ut credo veronensis"* quod a vero videtur alienum, opusculum enim medii aevi notas praesefert. Idem exstat anepigraphum in *Cod. M. CVIII. f. 168. ss.*

VII. f. 87—102. Aelii Donati Vita Virgilii.

Inscriptio: *„Aelii Donati Grammatici in Virgilium vita non inutilis „incipit feliciter."* Subscriptio: *„Elii Donati Grammatici in Virgilium „vita finit feliciter."* Subiicitur Virgilii epitaphium: *„Mantua me „genuit"* etc. et de corpore Pallantis Romae reperto nota, e Vincentii Bellovacensis *specul. hist. libr. XXVI.*

VIII. f. 103. D. Ausonius Magnus de Viro Bono. Edyll. XVII. *Burm. Antholog. lat. IV. 141.*

Inscriptio: *„Publii Virgilii Maronis de bono viro materia incipit „feliciter."*

IX. f. 103. v. — 104. v. D. Ausonii Magni Rosae. Edyll. XIV. *Burm. Antholog. lat. III. 292.*

Inscriptio: *„Vir. Ma. Rosettum incipit feliciter."* Subiiciuntur notissimi versus (*Burm. Antholog. lat. II. 208.*) ita aucti:

„Pastor, arator, eques; pavi, sevi, superavi,
„Capras, rus, hostes, queque labore gravi.

„De capris pastis, de rure sato, hoste subacto,
„Nec lac, nec segetes, nec spolia ulla tuli."

X. f. 105—161. Leonis Baptistae Alberti de Pictura Liber.

Inscriptio: „*Leonis Baptiste Alberti ad principem Mantuanum* „*de pictura.*" Opusculum *Basileae*, *1540. 4º* est impressum.

Codicis a Iohanne Hinderbachio episcopo Tridentino, cuius nomen f. 16. v. 18. r. 130. v. etc. adscriptum est, notulis conspersi, meminit Gentilottus *Monument. Trident. tom. III. p. 398.*

CCCVI.

3261. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XVI. foliorum 72, in*
φ. 335. *octavo, si fides inscriptioni habenda totus quantus Actii Sinceri Sannazarii manu exaratus, maiore sui parte codicis CCXXVII. apographon.*

I. f. 1—2. Ioviani Pontani Epistola ad Actium Sincerum Sannazarium data Neap. Idib. Febr. 1503.

Exstat in Pontani *Op. de reb. celest. f. 299. edit. Ald.* et in Additamentis ad Toppii *Biblioth. Neapolit. p. 31.*

II. f. 3—27. D. Ausonii Magni Burdegalensis Carmina quaedam.

„Ausonii Iunioris Carmen Lugduni inventum." (*Auson. Praefatiuncul. II.* desunt tamen *v. 39—44.* quorum loco *Praefatiuncul. I. v. 9—12.* leguntur.) „De Emilia matre." (*Parental. II. v. 3—6.*) — „Telusi socer." (*Parental. VIII. v. 5. 6. 9. 10.*) — „Tiberi Rethor." (*Profess. I. v. 31—34.*) — „Luciolus." (*Profess. III. v. 11. 12.*) — „Stafili." (*Profess. XX. v. 7—14. XXIV. v. 9. 10. Coron. v. 7—10.*)

„Epitaphium Hectoris." (*Epitaph. XIV.*) — „In Diogenis „tumulum." (*Epitaph. XXXI.*) — „De eodem." (*Epigramm. LIII.*) — „De Diogene et Croeso." (*Epigramm. LIV.*) — „Ex graeco Py-„thagoricon de ambiguitate vitae eligendae." (*Edyll. XV.*) — „Cum de palatio post multos annos honoratissimus quippe „iam consul, rediisset ad patriam. Villulam quam pater „reliquerat introgressus, his versibus lusit luciano stilo." (*Edyll. III.*) — „De Burdigala et Roma." (*Clar. urb. XV. v. 39. 40.*) — „De gallia." (*Clar. urb. IV. v. 1—6. et VIII.*) — „Oratio Pau-„lini Episcopi." (*Opp. Paulini Nol. ed. Antwerp. 1622. p. 451.*) — „Cum Pontius Paulinus iunior tertiis iam literis non res-„pondisset sic ad eum scriptum est." (*Auson. Epist. XXV.*) — „Ausonius ad eundem cum ille ad alia magis responderet

„neque venturum se polliceretur." *(Epist. XXIV. v. 1—102.)* — „Idem ad eundem." *(Epist. XXIII.)* — „Ausonio suo Paulinus." *(Opp. Paulini ed. cit. p. 471.)* — „Ausonio idem Paulinus." *(Opp. ed. cit. p. 469.)* — „Solon." *(Auson. Lud. VII. Sapient. Solon. v. 4. 5. 19—58.)* — „Chilon." *(v. 7. 9. 11. 13.)* — „Cleobulus." *(v. 6. 12. 14.)* etc.

„*Quo ordine Ausonii carmina disposita sint in codice vetusto lug-„dunensi, qui ab Actio Sincero inventus est in Araris insula.*" — Accedunt nonnullorum Ausonii carminum variae lectiones. — „Epita-„phium Archelai incerto auctore." Incip. „*Meam amice ne doleas „sortem.*" etc. — Aviani Praefatio fabularum ad Theodosium. — „*In alio item codice in eadem bybliotheca invento sic habetur.*" Incip. „*Languentem Gaium moriturum dixerat olim.*" etc. — De inventoribus literarum. *(Pithoei Epigr. et Poemat. vet. p. 467.)* — „Ausonii de duodecim signis." *(Eclogar. XIV.)*

III. f. 43—46. P. Ovidii Nasonis Halieuticon.

Inscriptio: „*Versus Ovidii de piscibus et feris.*"

IV. f. 48—57. M. Aurelii Nemesiani Carthaginiensis Cynegeticon.

V. f. 58—72. Gratii Falisci Cynegeticon.

In fronte codicis legitur: „*Ausonii, Ovidii, Nemesiani et „Gratii fragmenta, Actii Sinceri manu scripta. Martirani et „doctorum amicorum.*"

CCCVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 61, in folio minori. 63. / Ph. 102.

Flavii Vegetii Renati Institutorum Rei Militaris Libri V.

CCCVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 96, in octavo. 310. / R. 272.

Flavii Vegetii Renati Institutorum Rei Militaris Libri V.

Inscriptio: „*Incipit liber vegetii de re militari.*" Subscriptio: „*Explicit „liber Vegetii deo gracias Amen.*"

CCCIX.

313. Ph. 561. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 147, in octavo.*

Flavii Vegetii Renati Institutorum Rei Militaris Libri V.

CCCX.

3212. Ph. 329. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 75, in quarto.*

Flavii Vegetii Renati Institutorum Rei Militaris Libri V.

CCCXI.

3154. S. 2* *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 227, in folio.*

I. f. 1—40. Flavii Vegetii Renati Institutorum Rei Militaris Libri V.

Inscriptio: „*Flavii Vegetii Renati viri illustris comiti* (sic) *Ephitoma* „*rei militaris Liber primus incipit feliciter.*" Inscriptionem excipit incerti prologus, qui etiam in pluribus Codd. Med. Laur. apud Bandinium *Catalog. Biblioth. Med. Laur. II. 858. ss.* habetur, e quo sequentia decerpimus: „*Ego quidem inclite Rex famulus devotissimus excellenciam sensus vestre* „(sic) *sciens et acumen ingenii, gaudio perfusus sum, quod amore sophie* „*animus sit vestre indolis nobilissime succensus. Quamobrem statui vobis* „*offerre libellos Flavii Vegetii Renati viri illustris de re militari, quos* „*corrigere curavi sine exemplari, quoniam unum quod repereram* (sic) „*tantum, vitio scriptoris ita erat depravatum, ut literatura nequaquam* „*manere, aut intellectus inde utiliter colligi possit; ut post pascales vene-* „*rabilium doctorum dapes, et divini fluenia eloquii, seu mellifica poetarum* „*carmina, hiis frui libellis condescendendo de locatione exercitii non pi-* „*geat.*" etc. — „*Legitur post libros ab initio mundi usque ad Regna Fran-* „*corum in Galliis a parvitate mea congestos, ex agiographorum sive genti-* „*lium historiis . . . . cui operi si regia majestas arriserit, utiliter subnec-* „*tendos hos sencio fore tomos, quibus inspectis cum superioribus libris si* „*divina permiserit gracia, principes sua suorumque incommoda utiliter* „*praecavere poterunt.*" Subscriptio: „*Flavii Vegetii Renati viri illustris* „*de re militari liber explicit. Scriptum Basilee Anno domini M̊. quadrin-* „*gentesimo tricesimo septimo.*"

II. f. 40. v.—158. v. Guidonis de Columna Historia Troiana.

Inscriptio: „*Historia Trojana incipit.*"

III. f. 159—171. v. Bulla Aurea Caroli IV.

Inscriptio: „*Bulla aurea Karoli IV.*" Subscriptio in fine cap. XXIII. „*Explicit aurea Bulla Karoli quarti Imperatoris Romanorum Augusti et* „*Bohemię regis illustris.*" Sequitur: „*Infrascriptae leges promulgatae sunt* „*in curia Metensi.*" (Bullae aureae cap. XXIV—XXX.) Subscriptio: „*Ex-* „*pliciunt leges imperiales Karoli quarti etc. . . . . de officiis principum* „*sacri Imperii Electorum.*"

IV. f. 175—198. Qualichini sive Wilkini Aretini Historia Alexandri Magni.

Inscriptio: „*Incipit hystoria Alexandri Magni regis Macedonie et primo* „*prohemium.*"

Incipit: „*Post Abrahę legem qua circumscisus habetur,*
„*Quatuor in mundo regna fuisse ferunt.*" etc.

Subscriptio: „*Explicit Alexander Magnus Rome finitus Anno domini* „*MCCCC°. XXXII°. die Sabbati prima mensis Martii.*"

Plura dixi de hoc carmine in *Wiener Jahrb. der Literat. tom. LVII. Anzeigebl. p. 13—18.*

V. f. 199—223. v. Nigelli Wireker Brunellus, seu Speculum Stultorum.

Inscriptio: „*Speculum stultorum alias dictum Brunellus.* Subscriptio: „*Explicit speculum seductorum stultorum.*" Vid. Leyser *hist. poet. med. aev. p. 751.*

VI. f. 224—228. Bartholi de Saxoferrato Tractatus de Insigniis et Armis.

Inscriptio: „*Tractatus de insigniis et armis.*" Subscriptio: „*Explicit Trac-* „*tatus armorum compositus per dominum Bartoldum de Saxoferrato* „*legum doctorem excellentissimum.*" De auctore inclito aevi sui ICto, qui saeculo XIV. Pisis et Perusiae docuit, eiusque hocce opusculo saepius edito, cfr. Fabricii *Biblioth. med. et inf. lat. ed. Mansi, tom. I. p. 182.*

Codicis nostri olim bibliothecae episcopalis Tridentinae meminit Gentilottus in *Monument. Trident. tom. III. p. 376.*

CCCXII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. exeuntis, literis initialibus pictis, foliorum 142, in quarto. 115. / M. 94.

Flavii Vegetii Renati Digestorum Artis Mulomedicinae Libri IV.

Inscriptio: „*Publii Vegetii viri illustris Mulomedicinę capitula.*"

Codex post inventam artem typographicam in Italia scriptus.

CCCXIII.

3246. / R. 3143. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 155, in quarto.*

I. f. 1—18. Cl. Claudiani in Rufinum Libri II.

Inscriptio: „*Incipit tractatus Claudiani in Ruffinum liber primus.*"

II. f. 18—28. Cl. Claudiani de Bello Gildonico Liber.

Inscriptio: „*Incipit in Gildonem.*" Subscriptio: „*Explicit liber in Gildonem.*"

III. f. 28—37. v. Cl. Claudiani in Eutropium Liber I.

Inscriptio: „*Claudiani in Eutropium liber primus.*"

IV. f. 37. v.—49. v. Cl. Claudiani de Bello Getico Liber.

Inscriptio: „*De bello pollentiaco.*"

V. f. 49. v.—52. Cl. Claudiani Gigantomachia.

Inscriptio: „*De Gigantomachia.*" Abrumpitur in medio v. 128. ut in editis.

VI. f. 52—75. v. Cl. Claudiani de Laudibus Stilichonis Libri III.

Inscriptio: „*Laus Stiliconis.*"

VII. f. 75. v.—88. Cl. Claudiani in Eutropium Liber II.

Inscriptio: „*In Eutropium liber secundus.*"

VIII. f. 88—90. v. Cl. Claudiani in Nuptias Honorii Augusti et Mariae Fescennina.

Inscriptio: „*Incipit epithalamium honorii pro contractu matrimonii cum Maria.*"

IX. f. 90. v. — 97. Cl. Claudiani de Nuptiis Honorii et Mariae.

Inscriptio: „*Incipit epithalamium Honorii metro heroico.*"

X. f. 97—101. v. Cl. Claudiani de Tertio Consulatu Honorii Augusti Panegyris.

Inscriptio: „*Incipit panegericus de III*° *consulatu.*"

XI. f. 101. v.—113. v. Cl. Claudiani de Quarto Consulatu Honorii Augusti Panegyris.

Inscriptio: „*Liber Claudiani de IIII*° *consulatu.*"

XII. f. 113. v. — 125. v. Cl. Claudiani de sexto Consulatu Honorii Augusti Panegyris.

Inscriptio: „*Incipit de consulatu Honorii Augusti liber VI.*"

XIII. f. 125 — 131. Cl. Claudiani in Fl. Mallii Theodori Consulatum Panegyris.

Inscriptio: „*Incipit panegericus dictus Theodoro.*"

XIV. f. 131 — 133. v. Cl. Claudiani Epithalamium Palladii et Celerinae.

Inscriptio: „*Epithalamium Palladii et Celerine.*"

XV. f. 133. v. — 137. Cl. Claudiani Laus Serenae Reginae.

Inscriptio: „*Laus Serenae.*"

XVI. f. 137 — 140. Cl. Claudiani Epistolae.

1. „*Ad Serenam de nupciis.*" (Ed. II.) — 2. „*Ad Olimbrium.*" (Ed. III.) — 3. „*Liber ejusdem ad probinum.*" (Ed. IV.) — 4. „*Incipit excusatio pro se* „*apud stiliconem.*" (Ed. I.) — 5. „*Ad generadium exproconsulem.*" (Ed. V.)

XVII. f. 140 — 151. Cl. Claudiani Eidyllia et Epigrammata.

„*In Jacobum Magistrum equitum.*" (Epigr. XXVII. 77.) — „*In Curetum.*" (Epigr. XXV. 75.) — „*De eodem Cureto.*" (Epigr. XXVI. 76.) — „*In Al-* „*tium questorem.*" (Epigr. XXIV. 74.) — „*In podagricum, qui carmina* „*culpabat.*" (Epigr. XIX. 79.) — „*De Salvatore.*" (Epigr. XLIII. 98.) — „*De phenice.*" (Eidyll. I. 44.) — „*De Magnete.*" (Eidyll. V. 48.) — „*De* „*Cristallo.*" (Epigr. VI — XII. 56 — 62.) — „*Aponus.*" (Eidyll. VI. 49.) — „*De Nylo.*" (Eidyll. IV. 47.) — „*De hystrice.*" (Eidyll. II. 45.) — „*De piis* „*fratribus.*" (Eidyll. VII. 50.) — „*De mulabus gallicis.*" (Epigr. I. 51.) — „*De apro et leone.*" (Epigr. III. 53.) — „*Concha.*" (Epigr. V. 55.) — „*A muneribus*" (Epigr. XXII. 72.) — „*Ex eodem.*" (Epigr. XXIII. 73.) — „*De faleris equi.*" (Epigr. XX. 70.) — „*De turpitudine.*" (Eidyll. III. 46.) — „*De petra Archimedis.*" (Epigr. XVIII. 68.) — „*De birro castoreo.*" (Epigr. XLII. 92.) — „*De sepulcro speciose.*" (Epigr. XLI. 91.) — „*De balneis* „*Quintilianis in via.*" (Epigr. XXXIV. 84.) — „*Incipit epygramma de sene* „*qui iuxta ueronem consistens nec civitatem norat, nec uillam unquam* „*egressus est.*" (Epigr. II. 52.) — „*Incipit descriptio portus mirnensis.*" (Epigr. XXXV. 85.) — „*Descriptio armenti.*" (Epigr. IV. 54.) — „*De qua-* „*dam insula.*" (Epigr. XXXVI. 86.) — „*Rimanti telum facit Ira.*" (Epigr. XXVIII. 78.) — „*De lucusta.*" (Epigr. XXIII. 83.) — „*De policrate et* „*pertica.*" (Epigr. XIX. 69.) — „*De theodoro et adriano.*" (Epigr. XXX. 80.) — „*Claudianus de se ipso quod sepe versu loqueretur.*" (Epigr. XXXI. 81.) — „*De paupertate et amore.*" (Epigr. XXXIX. 89.)

XVIII. f. 151. v. — 155. Cl. Claudiani in Probini et Olybrii fratrum Consulatum Panegyris.

Inscriptio: „*Incipit item alius tractatus ejusdem.*" Abrumpitur in versu 200.

Pertinuit olim ad monasterium S. Dorotheae quod fuit Vindobonae.

CCCXIV.

3087. / U. 1010. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 78, in folio.*

I. f. 1 — 22. Cl. Claudiani de Raptu Proserpinae Libri III.

Inscriptio nulla. Subscriptio libri III. qui ut in editis v. 448. finitur: „*Explicit liber tercius Claudiani de rapta Proserpina.*"

II. f. 22. v. — 34. v. Baptistae Marchionis Palavicini Episcopi Regiensis Historia flendae Crucis et Funeris D. N. I. C. ad Eugenium IV. P. P. cui accedit Eiusdem Oratio ad B. M. V.

De auctore horum carminum eorumque editionibus, quas inter plures a typographis Vindobonensibus procuratae, Vid. Fabricii *Biblioth. med. et inf. lat. ed. Mansi tom. I. p. 170.*

III. f. 35 — 78. M. T. Ciceronis Epistolarum ad Familiares Lib. I — III.

Codex est ex eorum numero qui munificentia Ioannis Fabri Episcopi Vindobonensis bibliothecae universitatis accesserunt; olim pertinuit ad Ioannem Cuspinianum, qui monogramma suum et versiculos, quales supra e Cod. CCLXXXIII. recitavimus, fronti voluminis adscripsit.

CCCXV.

168. / M. 100. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 86, in quarto.*

Palladii Rutilii Tauri de Re Rustica Liber I — XIII.

Inscriptio: „*Palladii Rutili Tauri Aemeliani viri inlustris „opus agriculture incipit feliciter.*" Subscriptio nulla. Singulis libris capitum tituli praemittuntur, decimus quartus metricus abest.

CCCXVI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. foliorum 78, in quarto, diversarum manuum. 171. / φ. 198.

I. f. 1 — 10. v. Aurel. Prudentii Clementis Cathemerinon Hymnus I — X.

Inscriptionis loco praemittitur e Gennadii catalogo de Prudentio locus. Subscriptio: „*Finit liber ymnorum.*"

II. f. 10. v. — 32. Aurel. Prudentii Clementis Peristephanon Liber.

Inscriptio: „*Incipit liber II.* περιστεφάνων." Hymnus in codice I. = *1. edit.* II. = *5.* III. = *2.* IV. = *11.* V. = *13.* VI. = *12.* VII. = *4.* VIII. = *14.* IX. = *3.* X. = *6.* XI. = *7.* XII. = *9.* XIII. = *8.* XIV. = *10.*

Fol. 22. inter hymnos inseruntur: „*Versus constantine constantie filie* „*scripti in absida basilicę que est dicata in honore scę agnę,*" deinde: „*Item* „*damasi papę versus de eadem.*" Exstant in G. Fabricii *Collect. poet. christ. col. 772.*

III. f. 32 — 33. v. Aurel. Prudentii Clementis Cathemerinon Hymnus XI et XII.

Continuo subtexuntur hi duo hymni libro Peristephanon.

IV. f. 33. v. — 35. Aurel. Prudentii Clementis Diptychon, sive Enchiridion utriusque Testamenti.

Praefatio, quae in plurimis editionibus est suppressa, inscribitur: „*Incipit* „*de opusculis suis.*" Enchiridii inscriptio: „*Incipiunt tituli historiarum.*" Tetrastichum 43. abest a codice.

V. f. 35 — 42. v. Aurel. Prudentii Clementis Apotheosis, cum duplici praefatione.

Inscriptio: „*Incipit Apoteosis.*"

VI. f. 42. v. — 45. v. Aurel. Prudentii Clementis Hamartigeniae Lib. I. vers. 1 — 402. cum praefatione.

Inscriptio: „*Incipit hamartirenia* (sic) *Libri II. id est de origine peccatorum.*"

VII. f. 8. 45. v. — 47. Excerpta e Fulgentii Planciadis Mythologia.

Excerpta haec in vacuis fol. 8. oris ordiuntur, et f. 45. v. — 47. continuantur, in fine mutila.

VIII. f. 48—78. Maur. Servii Honorati Commentarius in Virgilii Eclogas I—IX.

Inscriptio: „*In bucolica çommentum.*" Subscriptio: „*Finis nonę eglogę.*"

CCCXVII.

257. / U. 511. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. foliorum* **223**, *in quarto.*

I. f. 1—28. Aurel. Prudentii Clementis Liber Cathemerinon.

Inscriptio: „*Incipit liber ymnorum* *Aurelii Prudentii Clementis* „*nobilissimi ac facundissimi poetae.*" Praemittitur Prudentii praefatio et Gennadii locus. Subscriptio: „*Explicit Liber Ymnorum.*" Series hymnorum ut in vulgatis.

II. f. 28. v.—99. Aurel. Prudentii Clementis Liber Peristephanon.

Inscriptio: „*Incipit liber secundus περιστεφάνων.* Subscriptio: „*Finit* „*peristefanon.*"

III. f. 100—105. Aurel. Prudentii Clementis Diptychon, sive Enchiridion utriusque Testamenti.

Inscriptio: „*Incipiunt Tituli Historiarum.*" Subscriptio: „*Expliciunt* „*Tituli Historiarum.*"

IV. f. 105. v.—157. Aurel. Prudentii Clementis Apotheosis.

Inscriptio et subscriptio nulla.

V. f. 157—179. Aurel. Prudentii Clementis Psychomachia.

Inscriptio: „*Incipit prudentius spichomachię.*
„*Aurelius prudens virtutum prelia clemens*
„*Cum viciis cecinit, metrica scolasticus arte.*"

VI. f. 179. v.—222. Aurel. Prudentii Clementis in Symmachum Libri II.

Inscriptio et subscriptio nulla.

VII. f. 222. v.—223. Pseudo-Ovidii seu Ovidii Albi Iuventini Elegia de Philomela.

Inscriptio et subscriptio nulla.
Sparsae sunt per universum codicem glossulae theotiscae.
Pertinuit olim ad Conradum Celten, qui thecae nomen et monogramma suum adscripsit.

CCCXVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 26, in octavo. 233. / φ. 249.

I. f. 1—3. Aurel. Prudentii Clementis Diptychon, sive Enchiridion utriusque Testamenti.

Inscriptio: „*Incipit Prudentius Chirocheus.* Subscriptio: „*Explicit* „*liber Prudentii Chirochei. Chiros grece, latine manus, inde dicitur* „*manualis, cum fides dirigit una manu.*"

II. f. 3—25. Coelii Sedulii Carmen Paschale seu Mirabilium Divinorum Libri V.

Inscriptio: „*Incipit invitatis de pascalibus rebus sedulii.*"

III. f. 25—26. Coelii Sedulii Collatio Veteris et Novi Testamenti. *Opp. edit. Gruner p. 141. ss.*

Inscriptio et subscriptio nulla.

CCCXIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 16, in quarto. 320. / φ. 437.

I. f. 1—12. Aurel. Prudentii Clementis Psychomachia.

Inscriptio et subscriptio nulla.

II. f. 13—16. Theobaldi de Senis Physiologus.

Inscriptio: „*Phisiologi liber.*" Plures versus in fine desunt. Exstat inter Hildeberti Turonensis *Opp. edit. Beaugendre col. 1173.*

CCCXX.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. exeuntis, foliorum 217, in octavo. 3278. / φ. 420.

I. f. 1—7. Aurel. Prudentii Clementis Diptychon, sive Enchiridion utriusque Testamenti.

Inscriptio: „*Varia opuscula Prudencii poete facundissimi atque ele-* „*gantissimi.*" Subscriptio: „*Finiunt historiarum tituli.*"

II. f. 8—23. Aurel. Prudentii Clementis Apotheosis.

Inscriptio: „*Liber Apotheosis.*" Subscriptio: „*Finit liber Apotheosis.*"

III. f. 24 — 25. **Aurel. Prudentii Clementis Hamartigeniae Praefatio.**

Inscriptio: „*Incipit Amartigenia de origine pecati.*"

IV. f. 25 — 38. **Aurel. Prudentii Clementis adversus Symmachum Liber I.**

Inscriptio: „*Contra orationem Symmachi Aurelii Prudentii Cle-„mentis liber primus incipit.*" Subscriptio: „*Finis primi contra Si-„machum.*"

V. f. 39 — 50. **Aurel. Prudentii Clementis Peristephanon Hymnus II et XII.**

Inscriptio: „*Passio sancti Laurentii,*" et „*Passio Apostolorum Petri et „Pauli.*"

VI. f. 51 — 71. **Aurel. Prudentii Clementis Psychomachia.**

Inscriptio: „*Aurelius Prudens virtutum prelia Clemens*
„*Cum vitiis cecinit, metrica scholasticus arte.*"

VII. f. 71. v. — 109. **Aurel. Prudentii Clementis Cathemerinon Liber.**

Inscriptio: „*Liber primus hymnorum cathemerinon dictus Aurelii „Prudencii Clementis nobilissimi ac facundissimi poete.*" Subscriptio: „*Aurelii prudencii himnorum primus liber explicit.*"

VIII. f. 110 — 169. **Aurel. Prudentii Clementis Liber Peristephanon.**

Inscriptio: „*Incipit secundus liber perystephanon.*"

IX. f. 170 — 193. **Aurel. Prudentii Clementis adversus Symmachum Liber II.**

Inscriptio: „*Prefacio secundi libri adversus simachum.*"

X. f. 194 — 217. **Aurel. Prudentii Clementis Hamartigenia.**

Inscriptio: „*Prudencii adversum Marcionitas, qui duos deos esse „affirmant.*"

CCCXXI.

17. / R. 284. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi IX., palimpsestus, olim monasterii Bobiensis, foliorum 52, in quarto.*

I. f. 11. r. — 14. r. **Incerti Fragmentum Grammaticum de Nomine et Pronomine.**

Incipit mutilum: „*Nam legimus apud Lucretium et Vergilium*" etc.

Subscriptio: „*Explicit de pronomine feliciter. Bono Milicho Romalco.*" Editum est nuper in Analectis grammaticis *a Jos. ab Eichenfeld et Steph. Endlicher p. 125. ss.*

II. f. 14. v. — 16. et 1 — 8. r. Incerti Fragmentum Grammaticum de Verbo ad Severum.

Initium: „*Incipit de verbo. SAepissimae tibi requirenti disertissimae studiosorum Severe.*" etc. Subscriptio: „*Explicit.*" Exstat in Analectis grammaticis *p. 143. ss.*

III. f. 8. r. — 10. v. Valerii Probi de Nomine Fragmentum.

Incipit: „*Incipit Valerii Probi de nomine. Nominativus finitur litteris XIII.*" etc. Finis: „*Nam faxis verbum suo ordine dicetur.*" Exstat in nostris Analectis grammaticis *p. 213. ss.*

IV. f. 17. r. — 49. r. Probi de Octo Orationis Membris Ars Minor.

Incipit ἀκεφάλως: „*RIMVS. syllabas accipiunt et superlat. generis mascul. ostendunt.*" etc. (Auct. class. e *Codd. vatic. ab Ang. Maio edit. tom. V. p. 181.*) Finis: „*De verbo quantum ratio poscebat tractavimus. Utere felix lappadi mercuri, scriptor cum paronis* (sic) *gaude.*" Probi artem minorem post editionem Vaticanam, ex hisce membranis bobiensibus, binisque bibliothecae regiae Parisinae codicibus denuo recensitam, in Analectis grammaticis *p. 229. ss.* habes.

Folio 49 — 52. habentur: Fragmentum de Nomine. „*Nomina appellativa generis masculini quae ablativo casu numeri singularis U. litteris terminantur*" etc. Locutiones cum nominativo, genetivo etc. Nomina cum accentu producto et cum accentu correpto. Orthographica: „*Porphireticum marmur, non purpureticum marmur.*" etc. Differentiae verborum. „*Inter austrum et ostrum hoc interest, quod austrum ventum significat, ostrum vero porpora esse demonstrat.*" etc. Haec omnia in appendice ad Probi Artem minorem a nobis eduntur.

In deletitiis codicis membranis, scriptura unciali saeculi V. fragmenta Versionis latinae librorum Regum continentur.

Codex olim S. Columbani de Bobio, nobis e monasterio Neapolitano S. Ioannis de Carbonaria accessit.

CCCXXII.

Codex manuscriptus membranaceus, saeculi VIII. v. IX., palimpsestus, olim Bobiensis, foliorum 159, in quarto. 16. / R. 85.

I. f. 1 — 11. S. Hieronymus de Viris illustribus. *Fabric. Biblioth. eccles. p. 1. ss.*

Inscriptio: „*Incipit series virorum illustrium sci hieronymi prb.*" Finis: „*Finit Amen dō gratias huc usque beatus hieronymus, quae sequuntur sci gennadii prbi ecclesiae massiliae opera sunt, ut aiunt qui eum viderunt.*"

II. f. 11—20. r. Gennadius de Scriptoribus ecclesiasticis. *Fabric. Biblioth. eccles. p. 2. ss.*

Capita continua serie cum praemissi S. Hieronymi operis capitibus numerantur; prima manus ad calcem cap. CCXXVI. (*edit. cit. 93.*) in Ioanne Autiocheno cessat, cum hypographe: „*Explicit illustrium virorum.*" Sequitur a secunda manu cap. CCXXVII.—CCXXX. (*edit. cit. 95—98.*); succedit tandem tertia: „*Item in alio exemplari repperimus hoc modo CCXXVI. Johannis anthiocensis parrochiae ex grammatico prb. et rel. usque: ex tempore declamator. Et sic postea sequitur*" cap. CCXXVIII. (*edit. cit. 94.*) cap. CCXXIX. (*edit. cit. 100.*) — „*Explicit.*"

III. f. 21—22. Quodvultdeus Diaconi et S. Augustini de Haeresibus inquirendis Epistolae IV alternae. *Opp. S. Augustini edit. Maur. tom. II. n. 221—224.*

Inscriptio: „*Incipit epistola quodvultdeus diaconi karthaginensis ad scm Augustinum episcopum de heresibus inquirendis.*"

IV. f. 23—32. S. Augustini de Haeresibus Liber ad Quodvultdeus Diaconum. *Opp. edit. cit. tom. VIII. col. 1. ss.*

Praemittitur f. 22. v. haeresium catalogus, hac inscriptione: „*Incipiunt nomina heresium quarum etiam opiniones singularum subter adnexi sunt.*" Epiphonema libri: „*Explicit liber scti augustini de heresibus. Deo gratias semper Amen.*" Capitula spuria de Nestorianis et Eutychianis (*Opp. l. c. col. 21. in not.*) iam fol. 20. v. epistolis Quodvultdeus praemissa sunt, ab alia vetusta manu, cum hac nota: „*hoc adiungendum est in fine sequentis libelli.*"

V. f. 32. v. Ordo Librorum Veteris et Novi Testamenti.

Inscriptio: „*Incipit ordo librorum novi et veteris testamenti, quos sancta et catholica romana suscipit et veneratur ecclesia.*" Subscriptio: „*Explicit ordo veteris et novi testamenti.*"

VI. f. 32. v.—34. r. Gelasii Papae Canon Biblicus. *Iust. Fontanini Antiq. Hortae. p. 317. ss.*

Inscriptio: „*Incipit decretale sci gelasii epi urbis rome.*" Subscriptio: „*Explicit notitia apochriphorum v. heresium a gelasio romanae eccliae epo constituta.*"

VII. f. 34. v. — 35. v. S. Augustini Epistola ad Simplicianum episcopum. *Opp. edit. cit. tom. II. n. 37.*

Inscriptio: „*Incipit epistola sci Augustini epi ad simplicianum* „*epm.*" Continua serie adhaeret e S. Augustini ad eundem Simplicianum Quaestionum Libr. II. quaest. 3. (*Opp. edit. cit. tom. VI. col. 115.*)

VIII. f. 35. v. — 36. r. S. Hieronymi Epistola ad Evangelum presbyterum. *Opp. edit. Vallars. tom. I. col. 1074.*

Inscriptio: „*Incipit epistola beati hieronimi ad evangelum prbm,* „*quomodo prbr et diaconus differant in suo ordine.*"

IX. f. 36. r. — 38. v. Testimonia Patrum de Gratia et Libero Arbitrio.

Initium tractatus XVII titulis comprehensi: „*Incipiunt capitula* „*sanctorum patrum. Etne forte aliquis dicat, quod insinuatio gratiae* „*rudis sit ac nouella, et a nullo alio tam deliberate et tam frequenter quem-* „*admodum a sco augustino epo commendata est, quid exinde inno-* „*centius papa urbis romae in sede apostolica constitutus predicaverit,* „*quid etiam scs ambrosius mediolanensis eps senserit, quid scs hiero-* „*nymus prbr insinuaverit, aliqua ex ipsorum libris capitula adicienda* „*credidimus, ut qui forte*" (sic) „*hucusque plus quam oportuit incaute et* „*simpliciter credidit, ad tantorum patrum regulam animum suum inclinare* „*et adcommodare non dubitet.*" Finis: „*et ad commendandam dei gratiam* „*talium ac tantorum patrum quae suprascriptae sunt sententiae credimus* „*posse cunctorum animis satis esse.*"

X. f. 38. r. — 42. v. Gennadius de Dogmatibus ecclesiasticis. *Opp. S. Augustini edit. cit. tom. VIII. app. col. 75. ss.*

Inscriptio: „*Incipit liber beati Augustini*" (addente alia manu coaeva: „*sive est Gennadii pbri massiliensis*") „*in regulis LVIII. ad aedifica-* „*tionem catholicae fidei.*"

Finem libelli, in codice ab editionibus longe diversum, transcribimus: „*Propter novellos legislatores qui ideo animam ad imaginem dei tamen* „*creatam dicunt, ut quia deus corporeus esse creditur, libere confitemur*" ‡ (manus secunda, vix tamen recentior in margine ‡ „*imaginem in aeterni-* „*tate, similitudinem in moribus inveniri,*" quibus verbis quidem editiones tractatum concludunt) „*iuxta divinae scripturae relationem integrum homi-* „*nem, qui ex anima constat et carne, ad imaginem dei factum, illa ima-* „*gine, qua postea homo factus est deus, dicente Apostolo: et regnavit* „*mors ab adam usque moysem, etiam in eos, qui non peccaverunt, in simi-* „*litudinem prevaricationis adae, qui est forma futuri, id est xpi novissimi* „*adam, qui in forma qua erat quandoque hominem adsumpturus, praefor-* „*mavit primum adam, confirmante hoc ipsum apostolo, ubi dicit: vir qui-*

„dem non debet velare caput suum, quia gloria et imago dei est, mulier „in gloria viri est. In anima sexus diversitas non est. Si una masculo „et feminae anima est, sicut vera est, quomodo viri dicitur imago esse dei, „femina imago viri, nisi quod xps deus creator hominis viri formam ad„sumpturus postea erat, impsum" (sic) *„ad imaginem suam prefiguravit, „femina vero ex viro sumptam viri imaginem expressit, ambo tamen imago „dei, quia unus ex altero, dicente scriptura; creavit deus hominem, ad „imaginem dei creavit eum, masculum et feminam creavit eos. Explicit „expositio fidei catholicae."*

XI. f. 42. v. S. Hieronymi Epistola ad Domnionem. *Opp. edit. Vallars. tom. I. col. 234.*

Inscriptio: *„Incipit sci hieronymi ad domnionem."* Abrumpitur in verbis: *„in utramque partem, hoc est."*

XII. f. 42½. Servii Honorati Tractatus Prosodiaci Fragmentum, de Adverbio, Praepositione, Coniunctione et Interiectione. *Putsch Grammat. vet. col. 1815. 1816.*

XIII. f. 42½. v. — 44. r. Sergii Grammatici in primam Donati editionem Commentarium. *Putsch Grammat. vet. col. 1826—1838.*

Inscriptio: *„Incipit commentum sergii de littera."*

XIV. f. 44. v.—46. Maximi Victorini de Ratione Metrorum Commentarius. *Putsch Grammat. vet. col. 1963—1974.*

Exstat etiam in Lindemanni *Corp. Grammat. I. 293—304.* qui tractatum hunc ex ipsis hisce membranis integerrime restituit. Inscriptio: *„Commentum Maximini"* (sic, non Maximi, ut legit Lindemannus). *„Victorini de ratione metrorum."* Segmenta *edit. cit. XII. et XIII.* in codice ante *Segm. XI.* habentur, in cuius calce: *„Finit."*

XV. f. 46. v.—47. v. Metrorius de Finalibus Syllabis.

Incriptio et initium: *„Incipit de finalibus Metrorii. Quamquam de lit„teris et syllabis multiplex sit copiosusque tractatus"* etc. Finis: *„exceptis „scilicet positione longis et dypthongis, quae per se admodum patent. Ex„plicit feliciter."* Sequitur continuo: *„De caesuris. Caesurae sunt IIII, „pentememetris et eptememetris."* etc. — Exstat idem tractatus Merorii nomine in *Cod. CCCXXIV.*, Metrorii nomine inter Grammaticos veteres *Mediolani, apud Zarottum, 1473.* editus, Maximo Metrorio inscriptus in codice Mediceo apud Bandinium *catalog. II. 392.* eodem nomine in tribus Vaticanis et uno Neapolitano, e quibus nuper ab Angelo Maio *(Auct. class. tom. III. p. 504)* est evulgatus, qui tamen

non vidit esse eundem libellum, qui titulo: Servii Marii Honorati de ratione ultimarum syllabarum ad Aquilinum, apud Putschium *Grammat. vet. col. 1799—1810.* habetur, praefatiuncula ibi auctus, quae etiam Bandinio fucum fecit. Novam Metrorii recensionem in Analectis grammaticis proposituri sumus. Tractatui adhaerent: De praenomine, cognomine et agnomine *(Analect. grammat. p. 212.)*, et Fragmentum prosodiacum tali initio: „*E. finitus brevis est in latinis, ut* „*apud Lucanum*" etc. quod pariter evulgabitur.

XVI. f. 48. r.—49. r. et 70. v. **Prisciani Caesariensis de Ponderibus et Mensuris Carmen.**

Inscriptio: „*De ponderibus.*" Abrumpitur carmen *f. 49. r.* in versu *155.* reliqua demum *folio 70. v.* habentur, absque epigraphe v. hypographe. Prisciani, sive ut aliis placet Rhemnii Fannii Palaemonis carmen, in omnibus editionibus, codicibusque qui hactenus innotuerunt cunctis mutilum, ex hisce membranis primus integrum edidi *Vindobonae 1828.* Folio *49. r.* legitur: Nota de ponderibus atticis, quam in commentario ad Prisciani carmen *pag. 108.* edidi.

XVII. f. 49. r. **Fragmentum Grammaticum de Accentibus.** *Analect. grammat. p. 142.*

XVIII. f. 49. r.—50. **Incerti Fragmentum de Metris.**

Incipit: „*De versibus incipit. Metrum catalectum, ut est apud* „*Aristophanem q. parhoetiacum dicitur.*" etc. Finis: „*et duobus pedibus* „*sequentibus anapestis terminatur, ut est iambo: quis inter suaves melicas* „*spondia cantus.*"

Fragmentum ineditum, propediem in Analectis nostris evulgabitur.

XIX. f. 50. r. — 52. v. **Prisciani Caesariensis de Laude imperatoris Anastasii Carmen.**

Inscriptio: „*Incipit prefatio prisciani de laude anastasii imperato-* „*ris.*" Subscriptio: „*Expliciunt laudes sacratissimi*" (sic) „*imperatoris* „*anastasii isaurici et parthici et gotthici victoris, dictae a prisciano* „*grammatico.*" Carmen ex hoc codice primus edidi *Vindobonae 1828,* repetitum deinde est in Niebuhrii *Corpore Hist. Byzant. tom. I. p. 517—526.* — Cl. Hofman Peerlcamp, humanissimi editionis meae censoris *(Bibliothec. crit. nov. Lugd. Batav. 1830. v. I. 101—109.)* voto satisfacturus, observo: *v. 36.* revera monumenta, et *v. 189.* navibus, luculentis literis in codice scribi.

XX. f. 52. v.—53. v. **Q. Septimii Florentis Tertulliani Carmen de Iona Propheta.** *Opp. edit. Rigalt. Paris. 1675. p 576.*

Inscriptio: „*Item tertuliani de ione propheta.*" Subscriptio: „*Expli-*

„*ciunt de iona dicti* **tertuliani** *eloquentissimi versus*." Vid. supr. Cod. CCLXXXII. 1.

XXI. f. 53. Nomina Montium et Aquaeductuum Romae.

Inscriptio: „*Incipiunt nomina VII montium eternae urbis romae.*"

XXII. f. 54—55. S. Hieronymi Epistola ad Riparium presbyterum. *Opp. edit. Vallars. tom. I. col. 719.*

Inscriptio a secunda manu: „*Incipit epistola* **hieronimi** *ad riparium* „*presbiterum.*" Subscriptio a prima manu: „*Explicit epistola* **hieronimi** „*ad riparium presbiterum.*"

XXIII. f. 55. r.—55. v. Sergii de Arte Grammatica Fragmentum. *Analect. grammat. p. 197. 198.*

Inscriptio et initium: „*Incipit de arte grammatica* **Sergii**. *Ars gramma-* „*tica institutio sermonis periti.*" etc.

XXIV. f. 55. v.—56. r. Erotemata Grammatica e Maximo Victorino. *Analact. grammat. p. 199—201.*

Initium: „*Littera quid est?*" etc.

XXV. f. 56. r. Palaemonis Fragmentum de Arte. *Analect. grammat. p. 202.*

Inscriptio et initium: „*Incipit liber* **palemonis** *de arte. Ars quid* „*est?*" etc.

XXVI. f. 56. r.—56. v. De septem Miraculis Mundi physici.

Initium: „**Incipit de septem miraculis mundi.** *Ista sunt quę-* „*piam in visionem dei, quępiam autem ab inventione humana constructa.*" etc. Finis: „*qui in hoc officio attente versari cupit, debeat nocte surgere v.* „*dominum deprecari. Finit Deo gratias.*" Miracula de quibus hic tractatur sunt: Fluxus et refluxus oceani, sementis germinatio, Phoenix avis (de qua citatur Lactantius), Aetna mons, de quo Virgilii (*Aeneid. III. 570—574*) et Livii locus, in editis nuspiam inventus, in medium profertur; fons gratianopolitanus ardens, cuius primam mentionem apud S. Augustinum *de civit. Dei XXI. 7.* invenio (*cfr.* **Menard de la Groye** *in Journ. de Physique LXXXV. p. 297*), solis ortus et occasus, lunae siderumque cursus. Fragmenti prave scripti castigatam editionem spopondit Maur. Haupt.

XXVII. f. 57. r. — 68. Eutychii de discernendis Coniugationibus Libri II. *Putsch Grammat. vet. 2143—2189.*

Inscriptio libri I. a manu paullo recentiori: „*Incipit liber primus con-* „*iuntionum sive declinationum grammaticalium.*" Ad calcem libri I. „*explicit*

„liber I. incipit II.," in fine libri II. *„Deo gratias. Explicit feliciter ars „eutycii grammatici."* Cel. Lindemannus in sua Eutychii editione *(Corp. Grammat. lat. I. 149—198)* bonum e nostro codice fructum percepit. Textui adspersae sunt hinc inde glossae hibernicae sive iricae, de quibus cfr. Hauptium apud Lindemann *op. cit. I. p. VI.*

XXVIII. f. 68. v.—70. r. Fragmenta Argumenti Grammatici.

1. De Verbis deponentibus. *Analect. grammat. p. 184.*

2. De Differentiis Vocabulorum. *Analect. grammat. p. 226.*

3. De Prosodia. Incipit: *„Omnis nominativus cuiuslibet generis la„tinus syllabas extremas in numero singulari breves habet."* etc. In Analectis grammaticis edetur.

4. De Clausulis. Incipit: *„XLIIII tibi structurarum praecepta trans„misi."* etc. Pariter in Analectis grammaticis vulgabitur.

XXIX. f. 71. r.—73. v. Fausti Regiensis Sermo ad Monachos de Obedientia et Humilitate. *Biblioth. PP. Lugd. VI. 544. ss.*

Inscriptio: *„Incipit sermo sci"* (a prima manu sed inter lineas) *„fausti „ad monachos de obedientia et humilitate."* Desinit in his verbis: *„rapiet „violentia ipsa consvetudinis et impetus passionis. Explicit."*

XXX. f. 74—75. r. Fausti Regiensis, sive Eusebii Gallicani Sermo Castigationis ad Monachos. *Biblioth. PP. Lugd. VI. 659. ss.*

Inscriptio: *„Incipit Sermo castigationis ad Monachos."* Subiiciuntur loci duo e S. Augustino, nempe ex epistola ad Hesychium Salonitanum *(Opp. edit. Maurin. tom. II. n. 199. c. 747. 18—20.)* et ex epistola ad Hipponenses *(ibid. n. 78. c. 188. 8.)*

XXXI. f. 76.—95. Incerti Tractatus de Prosodia ad Caelestinum.

Inscriptio et Subscriptio nulla. Librum hunc e nostro hoc codice, unico qui hucdum innotuit, primus edidit Ianus Parrhasius inter *Grammaticos veteres Mediolani, apud Joann. Ang. Scinzenzeler 1504.* fol. et „Probi instituta artium" inscripsit, unde et in Putschii *Grammat. vet. c. 1386. ss.* et in Lindemanni *Corp. Grammat. I. 41. ss.* e nostris tamen membranis denuo ibi castigatus, ficto auctoris nomine habetur. Non esse notissimi Catholicorum auctoris foetum, solidis argumentis nuper demonstravit egregius Grammaticorum veterum arbiter G. Freund, in *N. Jahrbücher für Philologie und Paedagogik 1832. Vol. V. p. 90—95.*

XXXII. f. 95.—111. v. Probi Catholica. *Putsch Grammat. vet. 1439 ss.*

Editus est primum a **Iano Parrhasio** *Vicentiae 1509.* nuper e membranis nostris denuo castigatus a **Lindemanno** *Corp. Grammat. I. 101. ss.* Inscriptio: „*De catholicis Probi.*" Subscriptio f. 110. ad calcem segm. III. L.: „*Finit de catholicis Provi. Ars. Servi gram.*" (quae tamen tria verba punctis a prima manu impositis damnantur) „*explicit feliciter.*" Sequitur deinde post dimidiam folii paginam vacuam f. 110. v. Segment. IV. L. ita tamen, ut segmenti praecedentis extrema verba: „*de participio temporis prae-*„*teriti*" repetantur, quibus, praetermissa segmenti inscriptione, reliqua continuo adhaerent. Ad calcem segm. IV. L. f. 111. v. iterum subscriptio: „*Feliciter* „*Ars Probi grammatici urbis explicit catholica.*"

XXXIII. f. 111. v. Theodosius Macrobius de Graecorum Coniugationibus. *Analect. grammat. p. 194.*

XXXIV. f. 111. v. Incerti Fragmentum de Structuris. *Putsch Grammat. vet. 1493. 1494.*

Fragmentum **Probi** Catholicis perperam adglutinatum. Vid. **Lindem.** *ad Prob. II. segm. 4.* §. *8.*

XXXV. f. 112—139. M. Claudi Sacerdotis Artium Grammaticarum Libri II. *Analect. grammat. p. 1—74.*

Liber I. initio mutilus incipit his verbis: „*ab hoc poeta, horum poetarum.*" Finitur f. 125. v.: „*Hucusque artium grammaticarum fecimus instituta, de* „*catolicis vero nominum latius exponemus. M̄. Claudi Sacerdotis* „*artium grammaticarum feliciter.*" Liber II initio aeque mutilus, et post f. 127. iterum truncatus, incipit: „*A. littera terminatus nominativus singu-*„*laris*" etc. Subscriptio: „*M̄. Claudi Sacerdotis liber secundus artium* „*grammaticarum explicit feliciter.*"

XXXVI. f. 139. v. — 141. Servius Honoratus de Ratione Ultimarum Syllabarum. *Putsch Grammat. vet. 1809.*

Anepigraphus incipit: „*Quanquam rationem litterae et syllabae in Do-*„*nati artibus habemus*" etc. Praefatiuncula ad calcem est reiecta. Subscriptio: „*De finalibus honorati grammatici.*" Est ea libelli recensio, quae secundo loco apud **Putschium** habetur, priorem supra XV. **Metrorio** vindicavimus.

XXXVII. f. 142—155. Incerti Artium Grammaticarum Fragmentum. *Analect. grammat. p. 77—124.*

Initium: „*De Oratione. Oratio est ore missa et per dictiones ordinata* „*pronuntiatio.*" Finis: „*meo, meas; eo, is; quae sunt primi et quarti* „*ordinis.*"

XXXVIII. f. 156. et 159. Incerti Excerpta Argumenti Grammatici. *Analect. grammat. p. 203—211.*

Initium: „*Omnis genetivus ·IS· syllaba terminatus.*" etc. Finis: „*unde* „*et umbras corpora esse dicunt.*"

XXXIX f. 157—158. Excerpta e Macrobii Theodosii Libro de Verborum graeci et latini Differentiis vel Societatibus. ***Analect. grammat. p. 185—193.***

Inscriptio: „*Incipiunt pauca excerpta de libro Macrobii Theodosii.* „*Theodosius Symmacho suo salutem dicit. De verborum graeci et* „*latini deferentiis vel societatibus.*" Subscriptio nulla. Adhaerent excerpta e Macrobio in *Somnium Scipionis, Libr. III. cap. III.* de somniis, et *cap. VI.* de futuri partus discretione.

Codicis septuaginta et sex folia rescripta sunt, harum deleta scriptura saec. V. vel VI. a cl. Iosepho ab Eichenfeld, sine pharmacorum adminiculo extricata, et propria dissertatione: „Ein Bobbeser Codex re-„scriptus der Wiener Hofbibliothek," *in Wiener Jahrbüchern der Literat. 1824. tom. XXVI. Anzeige Blatt. p. 20—38.* illustrata, sequentia continet:

XL. Lucani Pharsaliorum Libr. V. v. 31— 91. 152—211. 272—310. Libr. VI. v. 215—274. 305—334.

Lucani octo folia sunt, nunc in 32 divisa, quarum singula haec continent: Fol. 33. r. et 31. v. *Libr. V. v. 31—38.* — Fol. 30. v. et 35. r. *Libr. V. v. 39—45.* — Fol. 31. r. et 33. v. *Libr. V. v. 46—54.* — Fol. 35. v. et 30. r. *Libr. V. v. 55—61.* — Fol. 15. r. et 12. v. *Libr. V. v. 62—69.* — Fol. 11. v. et 16. r. *Libr. V. v. 70—76.* — Fol. 12. r. et 15. v. *Libr. V. v. 77—84.* — Fol. 16. v. et 11. r. *Libr. V. v. 85—91.* — Fol. 18. r. et 9. v. *Libr. V. v. 152—159.* — Fol. 17. r. et 10. v. *Libr. V. v. 160—166.* — Fol. 9. r. et 18. v. *Libr. V. v. 167—174.* — Fol. 10. r. et 17. v. *Libr. V. v. 175—181.* — Fol. 23. r. et 26. v. *Libr. V. v. 182—189.* — Fol. 25. v. et 24. r. *Libr. V. v. 190—196.* — Fol. 26. r. et 23. v. *Libr. V. v. 197—204.* — Fol. 24. v. et 25. r. *Libr. V. v. 205—211.* — Fol. 34. v. et 32. r. *Libr. V. v. 272—279.* — Fol. 1. v. et 8. r. *Libr. V. v. 280—286.* — Fol. 32. v. et 34. r. *Libr. V. v. 287—294.* — Fol. 1. r. et 8. v. *Libr. V. v. 295—301.* — Fol. 7. r. et 2. v. *Libr. VI. v. 215—222.* — Fol. 3. v. et 6. r. *Libr. VI. v. 223—229.* — Fol. 2. r. et 7. v. *Libr. VI. v. 230—237.* — Fol. 6. v. et 3. r. *Libr. VI. v. 238—244.* — Fol. 27. r. et 22. v. *Libr. VI. v. 245—252.* — Fol. 21. v. et 28. r. *Libr. VI. v. 253—259.* — Fol. 22. r. et 27. v. *Libr. VI. v. 260—267.* — Fol. 28. v. et 21. r. *Libr. VI. v. 268—274.* — Fol. 4. r. et 5. v. *Libr. VI. v. 305—312.* — Fol. 36. v. et 29. r. *Libr. VI. v. 313—319.* — Fol. 5. r. et 4. v. *Libr. VI. v. 320—327.* — Fol. 29. v. et 36. r. *Libr. VI. v. 328—334.*

Fragmenta haec observante cl. Eichenfeldio, partes constituere videntur eiusdem antiquissimi Pharsaliorum codicis, cuius tria folia rescripta in

Bobiensi itidem Charisio, nunc Neapoli servato supersunt, de quibus conf. Gauppium, *Quatuor folia antiquissimi alicuius Digestorum codicis rescripta, Neapoli nuper reperta. Wratisl. 1823. 4°.* Lectionis varietatem e fragmentis nostris cl. Eichenfeldius *Op. cit. p. 24.* protulit.

XLI. Pelagonii Hippiatricorum cap. XXVI. XXVIII. et XXIX.

Fol. 37. r. et 37. v. continet *cap. XXVI.* — Fol. 41. r. 41. v. 40. v. 40. r. 38. v. 38. r. et 39. v. *cap. XXVIII.* — Fol. 39. r. *cap. XXIX.*

Capita haec e deletitiis membranis primus edidit cl. Eichenfeld *Op. cit. pag. 27. ss.* eademque cum Pelagonii textu, a Sarchianio *Florentiae 1826.* interim edito collata, denuo *Op. cit. tom. XLIV. p. 147. ss.* protulit.

XLII. Fragmenta latina Actuum Apostolorum et Epistolarum Catholicarum.

Fol. 53. 52. 51. 50. 45. 47. 73. 55. 48. 44. 56. *Actuum Apostolorum XXIII. 18.* usque ad finem. Fol. 72. 71. 42. 6. 43. 54. 49. 74. *Epistola Jacobi integra.* — Fol. 74. 75. 46. *Epistola Petri I.* Versionis specimina a cl. Eichenfeld *Op. cit. p. 34 et 35.* prolata, eandem ab Itala, qualis a Sabbatierio est edita, diversam ostendunt.

XLIII. Fragmenta graeca Dioscoridis, Libr. III. cap. 92. 93. 96. et 97.

Fragmenta haec a cl. Eichenfeldio *op. cit. p. 36. 37.* edita, codicis fol. 62. et 65. continentur. Fol. 57. 58. 59. 61. 66. 68. 69. Fragmenta graeca argumenti medici, nec tamen Dioscoridis, admodum detrita, habent. In fol. 60. et 67. latini quid latet, absque pharmaco non extricandum, nec verba: „*epistula,*" „*gabriel,*" et „*pentecoste*" a cl. Eichenfeld conspecta, tale adhibere suadent.

Codex olim monasterii S. Columbani de Bobio, vetusta manu id f. 1. r. et 43. r. adnotante: „*Liber sci columbani de Bobio.*" Nobis e monasterio Neapolitano S. Ioannis de Carbonaria dicto, accessit.

CCCXXIII.

313 * / s. n. *Fragmentum codicis manuscripti membranacei saeculi X. foliorum 4, in quarto.*

I. f. 1—3. Maximi Victorini de Ratione Metrorum Fragmentum.

Fragmentum incipit in verbis (*Putsch Gramm. vet. 1969.*): „*terminatur „natura longus est, ut docti, cari, sancti,*" et pertingit usque ad finem capitis de casibus. Sequitur caput de participiis et adverbiis (*Putsch*

1974.) et tandem initium capitis de Verbis *(Putsch 1971)*, quod mox in verbis: *„quae hisdem fere regulis colliguntur"* abruptum, iterum a verbis *(Putsch 1978): „natura sed positione producta sunt, ut legens, lectus, „lecturi,"* et deinde usque ad finem capitis, quo recte, contra seriem ab editoribus adoptatam, tractatus finitur, continuatur.

II. f. 3. Metrorius de Finalibus Syllabis.

Inscriptio: *„Incipit de Finalibus metrori."* Pertingit nonnisi ad finem capitis primi. Cfr. supr. *Cod. CCCXXII. 15.*

Fragmenta haec e theca Cod. Salisb. 29. sumsi.

CCCXXIV.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 184, in quarto. 3250. / U. 488.

I. f. 1—21. Aelii Donati Artis Grammaticae Libri III.

Inscriptiones nullae F. 1—12. Lib. II. — F. 13—16. Lib. I. — F. 17—21. Lib. III. Subscriptio: *„Finit ars Donati grammatici."*

II. f. 22—29. Beda Venerabilis de Schematibus et Tropis. *Opp. edit. Colon. 1688. tom. I. col. 42—53.*

Subscriptio: *„Finis figurarum Venerabilis Bede."*

III. f. 30—47. Bedae Venerabilis Liber de Metris. *Opp. edit. cit. tom. I. col. 25—42.*

Subscriptio: *„Liber divi Bede de figuris et metris finit feliciter."*

IV. f. 48—51. Servius Honoratus de Ratione Ultimarum Syllabarum. *Putsch Grammat. vet. 1809—1816.*

Incipit: *„Servius honoratus Aquilino salutem."* Subscriptio nulla.

V. f. 51—68 Phocae Grammatici Ars de Nomine et Verbo.

Subscriptio: *„Finis foci grammatici."*

VI. f. 68. v.—70. Formula Gratiarum Actionis pro collatis Insignibus Doctoralibus.

VII. f. 70. v.—78. Metrorius de Finalibus Syllabis.

Inscriptio nulla. Subscriptio: *„Finit Merorius."* Vid. supr. *Cod. CCCXXII. 15.*

VIII. f. 79—85. Sergii Grammatici in primam Donati editionem Commentarium. *Putsch Grammat. vet. 1826—1838.*

Inscriptio nulla. Subscriptio: *„Finit Sergius alias Seregius."*

IX. f. 87 — 113. Augustini Dathi Senensis Elegantiae Minores.

X. f. 113. v. — 126. Pseudo-Ciceronis Libellus de Synonymis ad Victurium.

Incipit: „*Marcius Tullius Cicero Lecturio s. d.*"

XI. f. 126 v. — 140. M. Gasparini Barzizii Exordia Oratoria.

Inscriptio: „*Exordia Magistri Gasperini pergamensis super rethoricam* „*novam et primo exordium in dubio genere cause.*" Vid. supr. *Cod. CCIV. 8.*

XII. f. 140 — 149. Poggii Florentini an Seni Uxor sit ducenda, ad Cosmum de Medicis Disputatio.

Inscriptio: „*Incipit questio Poggy an seni sit ducenda uxor.*" Subscriptio: „*Finis. Carolus bene arguit.*" De inedito hoc Poggii quinquagenarii sponsi opusculo vid. Apost. Zeno *Dissert. Voss. tom. I. p. 46.*

XIII. f. 150 — 162. Nicolai Perotti Libellus de Metris, ad Iacobum Schioppium Veronensem.

Edit. cum Maturantii Metrica *Venet. 1497. 4°* et ad calcem Diomedis et aliorum grammaticorum *Ibid. 1522. fol.*

XIV. f. 163 — 169. Nicolai Perotti Epistola de Generibus Metrorum, quibus Horatius et Boethius usi sunt, ad Heliam Perottum fratrem suum.

Extat cum praecedente opusculo, et in Horatio Aldi *ann. 1519. et 1527.*

XV. f. 170 — 171. Hippocratis Iusiurandum, Nicolao Perotto interprete, ad Bartholomaeum Troianum Veronensem.

Edit. cum Alex. Benedicti Veron. *Anatom. libr. V. Paris 1519. 4°* et *Argent. 1528. 8°*

XVI. f. 171. v. — 172. Nicolai Perotti Epistola ad Iacobum Constantium de Ratione Studiorum suorum.

Incipit: „*Nicolaus Petrottus Jacobo Constantio s. p. d. Decrevi* „*posthac omnes non solum actiones, verum etiam cogitationes meas tecum* „*communicare.*" Finis: „*Nunc quae scripsimus intellige: Polliby libros* „*tres. De metris librum unum. De ratione carminum quibus horatius flaccus* „*ac severinus boetius usi sunt librum unum. Preterea juramentum hippo-* „*cratis; epistolas item plurimas. Interdum etiam, ut nuper iussu principis* „*nostri epygramma ptolomei latinum feci, quod ille in eius geographiam* „*quam nuper omnium quas unquam vidimus et pulcherrimam et pretiosissi-* „*mam fecit, super ptolomei ymaginem iussit inscribi. Hec omnia ad t*

„mitto, ut una et de instituto vite mee, et de meis operibus quid scntias „ad me scribas. Vale.“

XVII. f. 173 — 184. Collectio Partium Orationis Indeclinabilium.

Subscriptio: *„Expliciunt vocabula partium indeclinabilium secundum „ordinem alphabeti, per me Benedictum Geyslprunner de Wollen- „zach. Anno d. 1469°. XII. Decembris.“*

Liber pertinuit olim ad M. Briccium de Cilia.

CCCXXV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XVI. foliorum 47, in octavo. 269. / II. p. 788.

I. f. 1 — 30. »V. Probus de Notis Antiquis, ex recensione Michaelis Fabricii Ferrarini Regiensis Carmelitae divae Mariae, cum eiusdem praefatione ad Albertinum Corrigium et Thomam Pynotum Patricios Regienses.«

II. f. 31 — 43. Calendarium Romanum, praemissa Michaelis Fabricii Ferrarini Carmelitae ad Ioannem Nicolaum Corrigium praefatione.

III. f. 43. v. — 44. Alphabeta Hebraeorum, Graecorum, Aegyptiorum, Saracenorum, Syrorum, Chaldaeorum, Slavorum, Arabum.

IV. f. 43. v. — 44. Numeri graeci, sumpti ex Herodiano περὶ τῶν ἀριθμῶν.

V. f. 47. Versus de Valore Numerico Literarum.

Incipiunt: *„Possidet A numerum quingenti ordine recto,*
„Et B tercentum per se retinere conetur.“ etc.

CCCXXVI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 119, in quarto. 8213. / U. 398.

I. f. 1 — 40. Pseudo-Ciceronis Liber de Proprietate Sermonum.

Inscriptio: *„Incipit liber Ciceronis de proprietate sermonum.“*

II. f. 41—57. Pseudo-Ciceronis Liber de Synonymis ad L. Victurium.

Inscriptio: „*Cicero Lucio Veturio suo salutem.*" Subscriptio: „*Ex-„pliciunt sinonima Ciceronis.*"

III. f. 64—80. M. Antonii Hancron Epistolae Exemplares.

Inscriptio: „*Exemplares epistole magistri Anthonii.*" Subscriptio: „*Fi-„nite sunt epistole quedam exemplares Magistri Anthonii hancron, super „tractatulo de brevibus epistolis ad archidiaconum tornacensem, ex univer-„sali louaniensi studio transmisse. Deo gracias. M^{o}. cccc^{o}. LVIII°.*"

IV. f. 89—115. Aelii Donati Artis Grammaticae Libri III.

Inscriptiones nullae. F. 89—103. *Lib. II.* — F. 104—108. *Lib. I.* — F. 108—115. *Lib. III.*

V. f. 116—117. Versus Memoriales de Nominibus Arborum, Piscium, Volucrum et Ferarum.

Incipiunt: „*Ecce stilo digno referam campestria ligna.*" Adscriptae sunt glossae theotiscae.

VI. f. 118—119. XII Poetarum Scholasticorum Epitaphia Ciceronis. *Burm. Antholog. lat. Libr. II. ep. 158—169.*

Inscriptio: „*Versus XII sapientum quibus ornabant sepulchrum Cice-„ronis.*"

CCCXXVII.

324. / E. f. 1. *Volumen membranaceum 21¼ ped. Vind. longum 1. ped. latum, ex undecim pellibus conglutinatum, saeculo XIII. exaratum.*

Tabula Itineraria Orbis Romani.

De celeberrimo hocce bibliothecae nostrae cimelio, post Fr. Christ. de Scheyb et Conradum Mannert plura dicere, supervacuum puto. Locum e Conradi Celtis testamento, quo iure legati tabulam Peutingero reliquit, olim in *Wiener Jahrb. der Literat.* tom. XLV. recitavi. Pellis primae, quam totam desideramus, particulam a cel. Wyttenbachio nuper Treviris fuisse repertam, fama est.

CCCXXVIII.

162. / H. p. 629. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi IX. duarum manuum, foliorum 49, in folio.*

I. f. 1—5. Publius Victor de Regionibus Urbis Romae.

Inscriptio et subscriptio nulla. Textus a vulgatis editionibus satis differt.

II. f. 5. v. — 9. Incerti Descriptio Constantinopoleos.

Inscriptio et subscriptio nulla.

Edita est haec descriptio a Sigism. Gelenio cum *Notitia utraque cum Orientis tum Occidentis, Basileae apud Froben. 1552.* fol. praefatione apud nos aucta, quam integram cum suis corruptelis facile tollendis huc transcribo: „*PRAEFATIO. Sepe litteris dedili quos pro ingenii facultate „latentium rerum curam* (sic) *sollicitat, nunc peregrina gentium nunc se„creta terrarum curiosius animo peragrante metiuntur, ne quid ad fami„liaris scientiae detrimentum relinquatur ignotum, intertiae* (sic) *esse du„centes, si lateat homines quid in orbe consistit humano. Illis igitur ter„rena passibus, freta stadiis, caelestia coniectura captantibus, brutum „et desidem iudicavi, cum totius absit mundi cura, urbis etiam constantino„politanę, in qua audiendi palestra est, latere notitiam, quam supra con„ditoris laudem THEODOSII invicti principis in novam faciem, vetustate „detersa, ita virtus et cura decoravit, ut eius perfectioni, quamvis sit „quispiam diligens, nihil possit adiungere. Universis igitur eius partibus „diligenter inspectis, corporum quo quedem inservientium recenseto nu„mero, fidem rerum omnium notitia circumscribente signavi, ut admiran„tis intentio singulis edocta monumentis, amplitudine quoque tantae felici„tatis attonita fateatur, huic urbi nec laudem sufficere nec amorem.*" Textus codicis ab editione multis in locis recedit.

III. f. 10 — 43. Hrabani Mauri Glossarium latino-theotiscum.

Inscriptio: „*In nomine di summi. incipiunt glosas* (sic) *hrab. mauri. „Inchoant Congregationes verborum Ex nouo Et uetere Testamento. pikin„nant samanunga uuorto fona deru niuuiun anti deru altun euu.*" Subscriptio: „*Expliciunt Glosas.*" Hrabani Glossas ex hoc nostro codice edidit Eccardus *Franc. orient. tom. II. p. 950. ss.* Cfr. etiam Graff, *Diutiska III. 192. ss.*

IV. f. 43 — 49. Glossae Spirituales iuxta Eucherium episcopum.

Inscriptio: „*Incipiunt glose spitalis iuxta eucherium epum.*"

Codex ex arce Ambras (No. 299.) nobis accessit.

CCCXXIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi VIII literis uncialibus exaratus, foliorum 60, in quarto. 181. / H p. 658.

I. f. 1 — 25. Aethici Cosmographia.

Inscriptio: „† *In nomine Di summi incipit cosmographia feliciter, cum „itinerariis suis et portibus, et ex fastibus Romanorum et consolum nomi-*

„*nibus et diversis sine quo nemo prudentium esse potest.*" Subscriptio: „*Explicit feliciter descriptio totius orbis tripertiti.*"

Est eadem Aethici recensio quam exhibet codex Mediceus saeculi X. (*Bandini Catalog. III. 324.*) in quo et nostro „Didymi" dimensio orientis commemoratur, et loco „M. Antonii" perperam „mense Anto„nio" scribitur.

II. f. 26—60. Itinerarium Antonini Augusti.

Inscriptio: „*Incipit Itenerarium provinciarum Antoni Augusti.*" Subscriptio nulla. Lectio codicis a vetusta manu passim reficta.

CCCXXX.

3222. / R. 1872. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XVI. foliorum 182, in quarto.*

I. f. 1—5. Emanuelis Lusitaniae Regis Epistola ad Iulium II. P. M. de Victoriis in India habitis, data ex oppido Abrantes 25. Septembris 1507.

Inscriptio: „*Epistola Emanuelis Regis Portugalie ad Papam Julium „secundum, quam idem Papa divo Maximiliano cesari transmisit.*" Incipit: „*Letetur et exultet sanctitas vestra, quoniam a solis ortu usque ad occa„sum germinat omnipotens deus iustitiam.*" etc.

II. f. 11—34. Aethici Cosmographia.

Apographum praecedentis codicis, Cuspiniani manu, ut videtur scriptum.

III. f. 35—72. Itinerarium Antonini Augusti.

Item praecedentis codicis apographum.

IV. f. 76—206. Remigii Antisiodorensis Glossae in Marcianum Capellam de Nuptiis Philologiae et Mercurii.

Initium: „*Tu quem psallentem . . Introducitur hoc loco quedam Mar„ciani amica, hos versus in honore himenei cecinisse, qui fertur deus „esse nupciarum vel naturalium concepcionum.*" . . . Finis: „*Decet igitur „sermonem racionem uxorem habere.*"

„*Sic felix falsus innuit falsa Capella,*"
„*Corpore qui meruit miseram non ducere vitam.*"

„*Marciani Minei Felicis Capelle Glossole in Musicam composite a domino „Remigio expliciunt.*"

Cfr. Fabricii *Biblioth. lat. ed. Ernest. III. p. 216.*

CCCXXXI.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XIV. foliorum 108, in folio. 8102. S. 18. b.

I. f. 1—11. Aethici Cosmographia.

Inscriptio: „*Incipit situs et descriptio orbis terrarum.*" Est vulgata recensio.

II. f. 11. v.—34. Itinerarium Antonini Augusti.

Inscriptio et subscriptio nulla.

III. f. 34. r.—36. Itinerarium Maritimum.

Cum Antonini itinerario passim editum, explicit in verbis: „*Nymphe* „*Laurentes Nymphe genus omnibus unde est.*"

IV. f 36. v.—51. Dicuili Liber de Mensura Orbis Terrae.

Inscriptio: „*Incipit prologus libri de mensura orbis terrae.*

V. f. 51. r.—53. Annuntiationes Provinciarum.

Inscriptio: „*In nomine dñi incipiunt annuntiationes prouintiarum urbium* „*Grecarum et pinnarum* (sic) *vel gallicanarum cum privilegiis suis.*"

VI. f. 53. Excerpta e Publio Victore de Regionibus Urbis Romae.

VII. f. 53. v.—63. Anonymus de Rebus Bellicis.

Inscriptio: „*De rebus bellicis praefatio.*" Machinarum figuris adpingendis spatia relicta. Editum est istud opusculum primum cum aliis pluribus in hoc codice contentis *Basileae apud Froben. 1552.* et castigatissime a Scriverio, ad calcem Vegetii *Antwerp. 1607. p. 88. ss.*

VIII. f. 63. v.—65. Hadriani Altercatio cum Epicteto.

Incipit: „*Hadrianus dicit: Quid erit nobis si cinctum solvas.*" etc. Edita cum aliis opusculis in hoc codice contentis *Basileae apud Froben. 1552.* et inter Epicteti scripta a Wolfio procurata, *Colon. 1595. tom. II. p. 231. seqq.* probe distinguenda ab alia Hadriani cum Epicteto disceptatione, quam recudi fecit Fabricius *Biblioth. graec. tom. XIII. p. 557.* Cfr. de his Pseudo-Epicteti libellis Fabricii *Biblioth. graec. edit. Harles. tom. V. p. 67.*

IX. f. 65. v.—68. Publius Victor de XIV Regionibus Urbis Romae.

Inscriptionis loco ut in citata editione Frobeniana: „*Urbs quae aliquando* „*desolata nunc clariosior piissimo imperio restaurata.*"

X. f. 68. v. — 70. Incerti Descriptio Constantinopoleos.

In editione citata praecedenti libello adhaeret.

XI. f. 70. v. — 208. Notitia Dignitatum Orientis et Occidentis.

Inscriptio f. 70. v. „*Notitia omnium dignitatum tam civilium quam militarium in partibus orientis.*" F. 88. „*Notitia dignitatum omnium tam civilium quam militarium in partibus occidentis.*" In calce: „*Anno domini 1484.*" Insignibus adpingendis spatia relicta.

In fronte codicis haec nota, manu Bernardi Kleselii episcopi Tridentini scripta, legitur: „*Librum hunc satis incorrectum incorecte eciam esse iussu nostro transcriptum ex antiquo exemplari reperto in bibliotheca capitulari spirensi, dum ibi essemus cum serenissimo rege Ferdinando etc. in conventu imperiali anno 1529. Bernardus Eps. Trid.*"

Notam anni 1484. ad librum Spirensem, e quo noster 1529. est descriptus refero. Antigraphum anno 1484. confectum, quod antiquum suo sensu dicit Kleselius, pro antiquissimo, quod anno 1436. Spira Basileam migravit, in capitularem bibliothecam repositum fuisse suspicor. Cfr. Böcking *über die Notitia Dignitatum. Bonn. 1834. 8°.*

CCCXXXII.

3103. S. 18. c. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XVI. foliorum 108, in folio, praecedendis apographum.*

I. f. 1 — 10. Aethici Cosmographia.

II. f. 10 — 34. Itinerarium Antonini Augusti.

III. f. 34 — 36. Itinerarium Maritimum.

IV. f. 36 — 50. Dicuili Liber de Mensura Orbis Terrae.

V. f. 50. v. — 52. Annuntiationes Provinciarum.

VI. f. 52. v. — 53. Excerpta e Publio Victore de Regionibus Urbis Romae.

VII. f. 53. r. — 63. Anonymus de Rebus Bellicis.

VIII. f. 63. v. — 65. Hadriani Altercatio cum Epicteto.

IX. f. 65. v. — 68. Publius Victor de XIV Regionibus Urbis Romae.

X. f. 68 — 70. Incerti Descriptio Constantinopoleos.

XI. f. 70 — 108. Notitia Dignitatum Orientis et Occidentis.

In fine „*Anno domini 1484.*"

Uterque codex e bibliotheca episcopali Tridentina ad nos pervenit.

CCCXXXIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 88, in quarto. 8190. / R. 298.

I. f. 1 — 12. Vibius Sequester de Fluminibus, Lacubus, Montibus etc. quorum apud Poetas fit mentio.

Inscriptio: „*Vibii Sequestris de fluminibus, fontibus, lacubus,* „*nemoribus, paludibus, montibus, gentibus per litteras liber incipit.*"

II. f. 12. v. — 18. Annuntiationes Provinciarum.

Inscriptio: „*Incipiunt nomina regionum cum provinciis suis XVII, et* „*cum civitatibus, et primo de urbibus Galliae.*" Exstat inter Auctores de Roma prisca et nova *Romae 1523. f. 87 — 92.*

III. f. 18. v. — 23. De Origine, Situ et Qualitate Urbis Romae.

Exstat *op. cit. f. 92. ss.*

IV. f. 23. v. — 41. »Antonii Augusti de Divisione Orbis.«

Continentur hoc titulo: Isidori Hispalensis *Origg. XIV. 2 — 5.* Anonymi Ravennatis *Geograph. II. 20. 21. III. 51. IV. 11 — 13. 46.* et iterum Isidori *XIII. 16. 17.*

V. f. 42 — 50. Gregorii Tiphernatis Oratio de Astrologia.

Inscriptio: „*Gregorii Tiphernii viri clarissimi atque grecarum* „*literarum eruditissimi de astrologia oratio.*" Initium: „*Poteram ego pul-* „*cherrime inter summos philosophos de summis rebus non dicere, et inter* „*maximos astrologos honestissime de astrologia tacere.*" etc.

VI. f. 50. v. — 60. v. Gregorii Tiphernatis de Affinitate Scientiarum Oratio.

Incipit: „*Non sum nescius clarissimi viri ita orationem et rebus et tem-* „*pori esse accommodandam, ut ex ipsa causa orta et perfecta esse videa-* „*tur.*" etc.

VII. f. 60. v. — 68. Gregorii Tiphernatis Poemata.

Insunt codici absque inscriptionibus sequentia carmina: Hymnus in Trinitatem. Epitaphium Sylvinae. Epitaphium Didaci. Epitaphium Camilli. Ad Angelum Reatinum. Ad Thomam Rea-

tinum. Epitaphium Sabelli. Naenia in Quintillam. Epitaphium Tulliae (alias Iuliae). Epitaphium Thomae Moroni, quae inter Gregorii Carmina *Venetiis 1498.* impressa exstant. Ultimum quod in codice locum tenet epigramma, ab eo quod pariter ultimo loco in editione citata ponitur, et „ad Candidum" inscriptum est, aliquantulum differt.

VIII. f. 69—73. Pseudo-Senecae de Remediis Fortuitorum ad Gallionem Liber.

Inscriptio et subscriptio nulla.

IX. f. 73. v.—88. Xenophontis Hiero, Leonardo Aretino interprete, cum eiusdem praefatione ad Nicolaum Niccoli.

Saepius edita versio.

In fronte libri legimus: „*A. Jani Parrhasii et amicorum. Venetiis emptus argenteis duobus,*" in calce vero: „*Antonii Seripandi ex Jani Parrhasii testamento.*"

CCCXXXIV.

866. / S. 417. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 207, in folio.*

Pauli Orosii Historiarum Libri VII.

Folium primum deest, incipit nunc in mediae praefationis verbis: „*morbis aut fame tristia.*" Liber VII. ultimo folio pariter perdito abrumpitur in verbis: „*bona esse didicerunt,*" ita ut pauci versus desint.

CCCXXXV.

8088. / Nov. 694. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 173, in folio.*

Pauli Orosii Historiarum Libri VII.

Inscriptio: „*Prologus eple edite per paulum orosium prespiterum ad beatissimum Augustinum ypponensem epm, ac ad instanciam eiusdem ex vetustissimis nec non verissimis cronicis conpilate.*"

Manuscriptum adligatum erat editioni Flav. Iosephi *lat. Veronae 1480.* in exemplo Carthusiae Gemnicensis.

CCCXXXVI.

8172. / S. 427. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 117, in folio.*

I. f. 1—83. Pauli Orosii Historiarum Libri VII.

Inscriptio eadem quae in praecedente codice. Subscriptio: „*Explicit liber* „*pauli orosy septimus de hormesta mundi. 1469. penult. febr.*"

II. f. 84 — 88. Marbodi Redonensis Liber Lapidum. *Opp. edit. Beaugendr. Paris. 1708. col. 1637. ss.*

Inscriptio et subscriptio nulla. In fine adscriptum et sequens Dialogidion de Urbis Romae ruina: „*Quid spectas anglice bos?*" — „*Specto ruinam urbis vestre.*" — „*Vides, sed non intelligis.*" — „*Utinam* „*intelligam.*" — *Veni et audi. Pater patrie profectus est, secum salus* „*sublata est, venit validus victor, vicit vires urbis nostre, regnum regale* „*romanum ruit, ferro, flamma, fame; res romana ruit, ferro flammaque,* „*fameque.*"

III. f. 89 — 91. Petri Damiani de suae Congregationis Instituto, ad Stephanum Monachum Liber. *Opp. edit. Paris. 1663. tom. III. n. 15.*

Inscriptio: „*Incipit regula heremitica a petro Damiani potius ex-* „*ponendo quam precipiendo descripta.*" Desinit mutila in cap. „*de silentio* „*in cellis.*"

IV. f. 92 — 116. v. Augustini Dathi Senensis de variis loquendi Regulis, sive Poetarum Praeceptis Libellus.

Inscriptio: „*Eloquentissimi viri ac precipui oratorie artis doctoris Au-* „*gustini Senensis de variis loquendi regulis, sive poetarum preceptis* „*tractatulus incipit feliciter.*" Subscriptio: „*Eloquentissimi ac precipui* „*artis oratorie doctoris Augustini senensis de variis loquendi regu-* „*lis, orandique modis tractatus finit feliciter.*" Libelli editionem *Spirensem a. 1496. 4°.* prae manibus habeo.

V. f. 116. v. — 117. Excerpta e Guarini Veronensis de Ordine Studiorum Opusculo.

Inscriptio: „*Quedam Quarini precepta de studendi ordine ad I. M.* „*Ferrarie Leonellum scripta in fine cuiusdam ad eum epistole.* Subscriptio: „*De ordine studendi tractatulus finit feliciter.*"

CCCXXXVII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 270, in folio. 3149. / U. 740.

I. f. 1—88. Valerii Maximi Dictorum Factorumque Memorabilium Libri, compendio dati et expositi.

Inscriptio: „*Excerpta de Valerio ad Theologiam applicanda.*" Est idem commentum moralisatum quod supra No. CLXXVIII. habuimus. Adhaerent

in fine moralisationes super vitam Alexandri M., historiam Troianam, narratio de capta Boamundi ingenio ann. 1095. Antiochia, et de Friderici I. in Palaestinam passagio, eiusque submersione, quam ita concludit: *„Nota quod domini non debent singularizare, quia ille imperator noluit „ire per viam quam ibat exercitus, sed per compendium huius vadi, igitur „fuit submersus."*

II. f. 89 — 186. Pauli Orosii Historiarum Libri VII.

Inscriptio: *„Incipit prologus Pauli Orosii presbiteri ad Augustinum „episcopum."* Subscriptio: *„Explicit liber pauli Orosii presbiteri ad „Sanctum Augustinum."*

III. f. 187 — 270. Stephani Prioris Dolanensis Medulla Tritici, sive Antiwikleff. *Petz Thes. Anecdot. tom. IV. part. 2. col. 149. ss.*

Inscriptio nulla. De variis instrumentis ad causam Wiklefi spectantibus, quae in hoc codice Medullae Tritici intertexta sunt vid. Denisium *Catalog. Codd. theolog. II. col. 1614. ss.*

CCCXXXVIII.

41. / H. f. 17. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus et singulorum librorum initiis pictis, et f. 1. armis cuiusdam Cardinalis (e gente ianuensi Negroni?) decoratus, foliorum 170, in folio.*

Pauli Orosii Historiarum Libri VII, e recensione Aeneae Vulpis.

Exscriptus est codex totus quantus ex Orosii editione, *Tarvisii per Herm. Lichtenst. 1475.* impressa, ita ut ineptus calligraphus vel ipsos in typographi laudem versiculos, epiphonematis loco operae suae adpinxerit.

CCCXXXIX.

75. / U. 1013. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. foliorum 134, in folio.*

I. f. 1 — 39. v. Coelii Sedulii Carmen Paschale, sive Mirabilium Divinorum Libri V.

Praemittitur f. 1 — 2. r. praefatio commentatoris, e qua nonnulla, quae ad Sedulii conditionem cognoscendam faciunt, decerpimus: *„In capite uniuscujusque libri VII perioche requirende sunt, i. e. circumstantia, hoc est „quis, quid, cur, quomodo, quando, ubi, quibus facultatibus? Sciendum est „quis fecit? Sedulius. Quid fecit? Carmen heroicum elegiarum et iumbicum*

„*tetrametrum de veteri testamento ac novo. Cur fecit? quia videbat quod „pauci essent, qui de incarnatione et miracula xpi aliquid metrico opere „describerent. Quomodo fecit? metrice non prosaice. Quando fecit? tempore „Valentiniani et Theodosii. Quibus facultatibus? eorum quos imi„tatus est. — Qui primo laicus in italia philosophiam didicit, postea cum „aliis metrorum generibus heroicum metrum macedonio consulente docuit „in Achaia; libros suos scripsit tempore imperatorum minoris Theodo„sii filii Archadii et Valentiniani filii constantini, sicut in „catalogo illustrium repperimus, quem beatus ieronimus inchoavit, „paterius vero discipulus eius perfecit. Sedulius iste primo laicus fuit „et disciplinis litteralibus in italia studuit, deinde illas disciplinas secula„res in Achaia docuit. Postea vero totum se in dei servitium transferens, „studium suum totum scripturas in divinas convertit. Edidit autem hunc „librum ewangelici carminis in Achaica, de veteri scilicet et novo testa„mento, tempore videlicet valentini principis, quem pretitulavit carmen „paschale. Primum quidem de veteri, scilicet librum, testamento, quatuor „vero subsequentes de novo testamento, secundum ordinem IIII euangelico„rum librorum, de nativitate et actione, passione et resurrectione atque „ascensione. Moriens ergo indigestum reliquid hoc opus et in cartulis scrip„tum, sed postea turcius austerius vir clarissimus ad omnem ele„gantiam illud ordinavit, ad legentium utilitatem publicavit. Scripsit autem „hanc epistolam ad macedonium, qui tunc temporis sapientia et nobilitate „proveniebat. Mos enim erat apud antiquos, ut scripturas suas sapientibus „et nobilibus conferrent, ut eorum auctoritate roborarentur et ab emulis „tuerentur. Notandum autem quod hos libros primum prosaice et tunc me„trice composuit. Sciendum autem quod omnis orator aut poeta faciens „suum librum debet facere prefationem, deinde orationem, postea textum „incipere, sicut iste facit. Est enim prefatio sedulii: „„cum sua genti„les studeant,““ usque ad: „„omnipotens eterne.““ Deinde oratio „usque: „„primus ab usque chao,““ textus autem a „„primus ab „usque chao,““ in finem*“ etc. „*Hoc opus sedulius inter cartulas „reliquid, quod recollectum adunatumque atque ad omnem elegantiam di„vulgatum est a turcio ruffino asterio quinto V. C. ordinario atque „patricio.*“ . . . „*Sedulius anisisicus*“ (sic) „*primo laicus in italia „philosophiam didicit, postea cum aliis consociis heroicum macedo„nio consulente docuit in achaia, libros conscripsit in tempore theodo„sii ac valentini.*“ etc. Adparet totam hanc notitiam e marginalibus diversorum interpretum glossis inepte consutam, ex ipsius Sedulii praefationibus esse haustam. Sequitur f. 2. r. — 5. r. Sedulii prologus ad Macedonium, ita inscriptus: „*Incipit apologiticus Sedulii rethoris. Do„mino meo sancto ac beatissimo patri macedonio presbitero sedulius „in xpo salutem.*“ Hanc praefationem excipit prologus metricus: „*Paschales „quicunque dapes*“ etc. atque ipsum tandem carmen in quatuor libros divi-

sum, singulis pericopis inscriptione miniata distinctis. Margini et inter lineas addita est glossa amplissima; vetus scriptura atramenti pallore fere evanida, ab alia manu passim est reficta. Subscriptio: „*Explicit liber quartus sedu-„lii poete.*"

II. f. 39. r.—41. v. Coelii Sedulii Collatio Veteris et Novi Testamenti. *Opp. edit. Gruner, p. 141. ss.*

Inscriptio: „*Versus asterii, qui collegit r. s.*" (reliquias sedulii?) et in margine ab alia manu: „*Carmen de Mediatore Sedulii.*"

III. f. 41. v.—42. v. Coelii Sedulii Hymnus acrostichus de Vita Christi. *Opp. edit. cit. p. 148. ss.*

Inscribitur: „*Ymnus sancti sedulii presbiteri.*"

IV. f. 42. v. Versus Memoriales de Avibus, Quadrupedibus et Arboribus.

Incipiunt: „*Hic volucres celi referam sermone fideli.*" Adscriptae sunt plurimae glossae theotiscae, quarum bonam partem protulit Denisius *Cat. codd. theolog. II. col. 857.*

V. f. 43—57. v. Aulii Persii Flacci Satyrae VI.

Scholia margini, glossae inter lineas adscriptae sunt, has inter nonnullae theotiscae a cl. Graffio (*Diutiska III. 188.*) editae.

VI. f. 58. Fragmentum Glossarii latini, quo partim graecae originis, partim rarioris usus vocabula explicantur.

Incipit: „*Xenodochium, id est venerabilis locus in quo peregrini susci-„piuntur. Pthochotropium, in quo pauperes et infirmi homines pascuntur.*" Clauditur enumeratione viarum Urbis, quam fideliter huc transcribimus: „*Vię sunt romae urbis numero XXX. Iralana. Appia. Latina. Lavicana. „Prenestina. Tiburtina. Nomitana. Salaria. Flamminia. Aemilia. Claudia. „Valeria. Annia. Aurelia. Canpania. Hostensis. Portuensis. Janiculensis. „Laurentina. Ardiatina. Secina. Tiberina. Quintina. Cassta. Gallica. Cor-„nelia. Triumphalis. Patinaria. Asinaria. Cumnia. Baticanus qui et Salu-„stius diacriculensis.*"

VII. f. 58—134. P. Terentii Afri Comoediae VI.

Praemittitur Vita Terentii, eadem fere quam e codice Oxoniensi edidit Gronovius. Singulis comoediis C. Sulpicii Apollinaris periochae praefiguntur. Inter lineas et in margine scriptae sunt glossae, e quibus unam theotiscam expiscatus est cel. Graffius, quam etiam l. c. protulit. Phormio non integer, abrumpitur in his vers. 966. verbis: „*quum „e medio.*"

Codicem anno 1501 e coenobio Lambacensi in superiori Austria

fuisse depromtum folii 1. inscriptio: „*Ex cenobio Lambacensi 1501.*" quae fol. 43. repetitur, docet.

Denisius in *Cat. codd. theolog. II. No. CCXXIX.* nonnisi priorem codicis partem, quae Sedulium continet, recensuit, recte quidem, volumen enim e binis est consutum.

CCCXL.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. foliorum 59, in quarto. 307. / th. 708.

I. f. 1—50. r. Coelii Sedulii Carmen Paschale, sive Mirabilium Divinorum Libri V.

Praemissa ad Macedonium praefatione, haec inscriptio: „*hic insunt „Sedulii libri V. Novi ad veteris Testamenti heroico metro.*" Sequitur Liberii praefatio acrosticha. Subscriptio: „*Explicit liber quintus novi „testamenti.*"

II. f. 50. v. — 54. Coelii Sedulii Collatio Novi et Veteris Testamenti. *Opp. edit. Gruner, p. 141. ss.*

III. f. 55 — 59. Orationis Dominicae Expositio Catechetica.

Inscriptio: „*In nomine unice trineque deitatis incipit traditio orationis „dominice, quae ita inchoatur.*" Vid. Denis *Cat. codd. theolog. I. col. 421.*

CCCXLI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 44, in octavo. 717. / R. 3177.

Coelii Sedulii Carmen Paschale, sive Mirabilium Divinorum Libri V.

Inscriptio nulla. Subscriptio:

„*Finis adest operis, mercedem posco laboris.*
„*Quia precium sanguinis est. Maria hilf.*"

CCCXLII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 94, in quarto. 3265. / φ. 345.

I. f. 1 — 34. Alanus ab Insulis de Planctu Naturae.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit alanus de planctu nature per „manus etc.*"

II. f. 34 — 36. Anonymi Explicatio Orationis Dominicae.

E diversorum Patrum, et potissimum e Thomae Aquinatis sententiis consarcinata est haec expositio.

III. f. 37 — 60. Coelii Sedulii Opus Paschale, sive Mirabilium Divinorum Libri V.

Inscriptio nulla. Subscriptio: *„Explicit Sedulius per manus cuiusdam „scolaris sub anno domini M CCC septuagesimo quinto, finitus in quinta „feria in vigilia purificationis beate marie."*

IV. f. 61 — 70. Liber quinque Clavium.

Inscriptio: *„Liber quinque clavium sapientiae."* Subscriptio: *„Explicit „sapientia quinque clavium."* Vid. de hoc poemate supr. Cod. CCLXXVII, 15.

V. f. 71 — 91. Boethius de Disciplina Scholarium.

Inscriptio nulla. Subscriptio. *„Explicit Boecius, finitus in die purifica- „tionis m."*

VI. f. 91. v. — 94. S. Bernardi Meditationes super Salve Regina. *Opp. edit. Maurin. II. 738. ss.*

Inscriptio et subscriptio nulla.

Codicis orae glossulis sunt obsitae.

CCCXLIII.

3204. / φ. 236. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 170, in quarto.*

I. f. 1 — 147. C. Sollii Apollinaris Sidonii Epistolae.

Ultima epistola libri IX. sexta est. Desunt praeterea Libr. VII. ep. 1—7. Libr. VIII. ep. 2. et Libr. IX. ep. 1.

II. f. 147 — 152. Galeoti Martii Narniensis Epistolae V.

Epistolarum inscriptiones et initia: 1. *„Galeotus Martius Narnien. „Rmo in xpo Patri dno P. O. E. Sa. Nescio quibus rebus debeam meam „rusticitatem purgare."* etc. — 2. *„P. O. E. G. M. N. preceptori suo caris- „simo. Si te hoc preceptoris nomine inscribo, ne erubescas amantissime."* etc. *dat. ex B. XV. kl. Maias MCCCCLXI.* — 3. *„Jo. E. Con. Quinque „ecclesien. Rdo dno s. Optavi iam dudum vir amantissime tecum aliquando „versari conspectuque tuo iocundissimo frui."* etc. *„Dat. ex B. VII. kl. „Apriles MCCCCLXI.* — 4. *„Fratrem et amicum carissimum do. Jo. Quinq. „salutat. Littere tuo kl. April. per tabellarium castellani Trenchini redd ite „sunt."* etc. *Dat. ex B. XV. kl. Maias MCCCCLXI.* — 5. Anepigrapha *„dat. ex Praga IIII. Id. Maii."*

III. f. 153 — 170. Formulae Epistolarum.

Formulae istae nullius plane momenti sunt.

CCCXLIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. foliorum 150, in quarto. 266. / φ. 248.

Martiami Capellae Satyrae de Septem Artibus Liberalibus Liber VI — IX.

Inscriptio libri VI: „*Incipit de geometria Liber VI.*" Subscriptio libri IX: „*Martiani Minei Felicis Capellę de armonica lib. nonus* „*explicit.*"

CCCXLV.

Codex manuscriptus membranaceus, e diversorum saeculorum libris in unum consutis, foliorum 229, in quarto. 177. / S. 10. c.

I. f. 1 — 16. v. Saec. XII. Martiani Capellae Satyrae de Septem Artibus Liberalibus Libri V. et VI. Fragmentum.

Lib. V. incipit his verbis: (*edit. Grotii L. B. 1599. p. 175*) (op) „*po*-„*nebat Verres, de causa cognoscebat Verres*" et pertingit usque ad libr. VI. verba: (*edit. cit. p. 213.*) „*quartus vero magnus Europę sinus ab elles*-„*ponto incipiens meotidis.*" Additae sunt passim glossae a prima et a recentiori manu. F. 14. r. non inelegans Palladis figura calamo picta habetur. Folia a compactore disiecta, hoc ordine sunt collocanda: 9—16. et 1—8.

II. f. 17 — 22. Saec. IX. v. X. Incerti Fragmentum de Ratione Temporum.

Incipit prologus capite truncatus: „*ex diversis floribus compingi, in quo* „*opere non pompacitatis verborum faleras, aut urbanitatis exegimus vene*-„*res, quas ut ais in antiquorum est invenire commentariis. Enimvero* „*quę ab aliis obscurius sunt prolata, tuo quesumus manifestiora fiant* „*relatu.*" etc. Prologum excipit capitum index, quorum praeter epilogum XXXVII indicantur, in codice tamen fine mutilo, nonnisi XIV habentur, desinitque in his cap. XIV. verbis: „*Istę sunt epactae primi anni cicli decenno*-„*venalis, quae si adderentur regularibus mensium.*" Auctorem libelli, a Bedae eiusdem argumenti opusculo toto caelo diversi, nondum assequi licuit.

III. f. 23 — 110. Saec. XI. M. T. Ciceronis de Inventione Liber I. cum expositione Marii Victorini.

Abrumpitur in textus Ciceroniani verbis: (*Lib. I. §. 88.*) „*neges esse* „*accusandum quod cum conversione.*"

IV. f. 111. r. — 117. et 166 — 299. Saec. XI. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii Arithmeticae Libri II.

Liber primus fine mutilus abrumpitur f. 117. v. his verbis *(c. IX. Opp. edit. Basil. 1566. p. 1300.)* „*nam IIII sextadecimae pars est totius summe XVI^m vero.*" Liber II. integer est.

V. f. 118 — 165. Saec. XIV. XVIII. Orationes Sacrae.

Praemittitur monitum sequens: „*Dum sermonem facis, non debes praeten-* „*ta manu quasi verba in faciem populi iactare, nec clausis oculis v. in* „*terram fixis aut supino vultu stare, neque ut insanus caput movere v.* „*os in diversa torquere, sed ut rethorica instruit, decenti gestu pronuntiare* „*verba composite et humiliter, tristia tristi voce, leta hilari vultu, acri* „*voce; humilia suppressa voce proferre, ut magis videaris auditoribus te* „*ipsas res spectare, quam verbis eas representare.*" Oratio I. In adventu domini. Incipit: „*Dicite pusillanimes confortamini, ecce deus noster veniet* „*et salvabit nos*" . . . . *Ante adventum domini fratres karissimi in tanta* „*caligine totum genus humanum volvebatur.*" etc.

Involucrum habet fragmenta Hymnorum marianorum.

CCCXLVI.

252. / φ. 245. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 34, in quarto.*

Marciani Capellae Satyrae de Septem Artibus Liberalibus Lib. I. et II.

Inscriptio: „*Martiani Minei Felicis Capelle aphri kartaginensis* „*de septem liberalibus artibus incipit liber primus de nupciis philologiae.*"

CCCXLVII.

47. / R. 294. *Codex manuscriptus membranaceus saeculo partim X. partim XIII. exaratus, foliorum 104, in folio.*

I. f. 1 — 3. Saec. XIII. Aristotelis Praedicamenta, Boethio interprete.

Incipit in (cap. V.) verbis: „*ergo et hominem et animal*" et pertingit usque ad (cap. VIII.) verba: „*et color similis est.*"

II. f. 4 — 78. v. Saec. X. Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen maius.

Inscriptio: „*Incipit ars Prisciani viri disertissimi Grammatici Cae-* „*sariensis urbis Romae doctoris Constantinopolitanae Preceptoris. Priscia-* „*nus Caesariensis Grammaticus Juliano Consuli ac Paricio*" (sic)

„salutem. Cum omnis eloquentie doctrina." etc. — Fol. 9. v. *„Liber II."* f. 15. r. *„Explicit liber secundus de syllabis."* — F. 15. r. *„Liber III."* f. 18. v. *„Explicit liber tertius artis grammaticae de diminutivis."* — F. 18. v. *„Liber IV."* f. 22. r. *„Explicit liber quartus de denominativo."* — F. 22. r. *„Incipit liber V. de generibus."* — F. 27. v. *„Artis Prisciani „Grammatici Caesariensis"* (sic) *„viri eloquentissimi liber VI. de nomine „feliciter incipit. Scripsi ego Theodorus dionisii viri disertissimi „memorialis sacri scrinii epistolarum et adiutor V. M. Questoris sacri „palatii in urbe Roma constantinopolitana Olibrio VC. cons."* (Cfr. Fabric. *Biblioth. lat. ed. Ernest. III. 398.* et Prisc. *opp. edit. Krehl tom. I. praef. IX.)* f. 35. r. *„Explicit liber sextus de nominativo et genitivo casu „nominum."* — F. 35. r. *„Incipit VII. de ceteris obliquis casibus."* — F. 43. *„Artis Prisciani V. D. Grammatici Caesariensis doctoris urbis Romę „constantinopolitanę preceptoris Liber VII. explicit."* — F. 43. r. *„Octa„vus ejusdem de octo accidentibus verbo: sed primum de deffinitione sub„stantię."* — F. 52. v. *„Artis Prisciani V. D. . . . doctoris urbis „Romę Constantinopolitanę prȩceptoris mei liber VIII. de verbo feliciter „explicitus est. Fl. Theodorus dionisii V. D. memorialis sacri scrinii „epistolarum et adiutor V. M. Questoris sacri palatii scripsi artem Pris„ciani eloquentissimi grammatici doctoris mei, manu mea in urbe Roma „Constantinopoli die tertio Iduum Januar. Mavortio V. C. indictione „quinta."* — F. 53. r. *„Incipit ejusdem liber nonus de regulis generalibus „preteriti perfecti omnium conjugationum et postea de prȩterito perfecto „primae et secundę conjugationis."* — F. 57. v. *„Explicit liber nonus."* — F. 58. r. *„Incipit liber decimus de prȩterito perfecto III. et IIII. coniugatio„nis."* — F. 63. v. *„Explicit liber X."* — F. 63. v. *„Incipit liber XI. de participio."* — F. 67. v. *„Artis Prisciani viri disertissimi Grammatici Caesariensis urbis „Romę Constantinopolitanę liber undecimus explicitus est."* — F. 67. v. *„In„cipit liber"* (duode) *„cimus eiusdem Prisciani de pronomine."* — F 70. r. *„Explicit liber XII. Theodorus memorialis sacri scrinii epistolarum et „adiutor Questoris sacri palacii scripsi mea manu in urbe Roma Constanti„nopoli nonis februariis Mauortio consule."* — F. 70. r. *„Incipit liber „XIII. Pronominis eiusdem casibus."* F. 71. v. *„Artis Prisciani Caesa„riensis viri disertissimi grammatici urbis Rome Constantinopoli Liber XIII. „de pronomine."* — F. 71. v. *„Incipit liber XIIII. de preposicione."* — F. 75. *„Artis Prisciani viri eloquentissimi grammatici urbis Romę Const. „doctoris mei liber XIIII. de propositione explicit."* — F. 75. r. *„Incipit „liber quintdecimus de adverbio."* Liber XVI. (f. 77. v. — 78. v.) nec inscriptionem nec subscriptionem habet.

III. f. 78. v. Saec. XIII. Rosae Nauticae Delineatio.

IV. f. 79. — 87. v. Saec. X. Prisciani Caesariensis de Duodecim Versibus Aeneidos Liber.

Inscriptio: „*Incipit tractatus* **Prisciani** *grammatici de duodecim ver-*
„*sibus Aenaeidorum principalibus.*"

V. f. 87. v.—88. v. Saec. XII. Incerti Tractatus de Computo Ecclesiastico.

Incipit: „*Multiplicem computandi scientiam perscrutatus, quędam rudi-*
„*menta, quę vel preceptorum traditione ad me usque concurrerant, v. vul-*
„*garibus argumentis comprehensa inculto sermone sordebant, litteris alli-*
„*gavi, sive commemorandi mei gratia, sive alios imbuendi.*" etc.

VI. f. 89. r.—104. Saec. X. Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen minus.

Inscriptio: „**Flavianus Theodorus** *dionisii viri disertissimi me-*
„*morialis sacri scrinii epistolarum et adiutor viri magni Questoris sacri*
„*palatii scripsi manu mea artem Prisciani viri disertissimi grammatici doc-*
„*toris mei in urbe Roma Constantinopoli die V. Kl. Mart.* **Mavortio** *viro*
„*clarissimo consule, de constructione partium orationis inter se XVII. liber*
„*Prisciani.*" F. 101. v. „*Artis* **Prisciani** *viri disertissimi grammatici*
„*Caesariensis doctoris urbis Romę Constantinopolitanę Liber XVII. qui est*
„*primus de constructione feliciter explicitus est. Fl.* **Theodorus Dyo-**
„**nisii** *V. D. memorialis sacri scrinii epistolarum et adiutor V. M. questo-*
„*ris sacri palatii scripsi manu mea in urbe Roma Constant. II. Kl. Junii*
„**Mavortio** *V. C. Imperantibus* **Justino** *et* **Justiniano** *Augustis.*" —
F. 101. v. „*Incipit liber XVIII. de constructione locutionis.*" Abrumpitur mutilus in cap. VIII. verbis: „*placatus sit vel esto.*" Graeca insunt, satis probe scripta.

Codex olim „**Antonii Seripandi** et **amicorum**," nobis e bibliotheca monasterii neapolitani **St. Ioannis de Carbonaria** accessit.

CCCXLVIII.

75. / R. 295. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 109, in folio.*

I. f. 1—81. v. Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen maius.

Inscriptionis loco: „*Me legat antiquas qui vult proferre loquelas, Qui*
„*me non sequitur vult sine lege loqui.*" — „**Priscianus** *caesariensis*
„*iuliano consuli ac patricio salutem.*" Subscriptio libri XVI.: „*Prisciani*
„*Grammatici sedecim libri de octo partibus orationis finiunt, hoc est pri-*
„*mus ejus liber de voce et litteris, et sex qui sequuntur de nomine, sed*
„*prima pars primi de syllaba, de dictione et oratione, et tres de verbo et*
„*unus de participio, ac duo de pronomine, atque unus de prępositione, unus-*
„*que de adverbio et interiectione similiter, unus postremo de coniunctione*
„*et sic finiunt.*"

II. f. 81. v. — 109. v. Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen minus.

Inscriptio libri XVII.: *Liber XVIII* (sic) *de constructione partium ora„tionis inter se, Prisciani viri disertissimi grammatici cesariensis doc„toris urbis romę constantinopolitane.*" Subscriptio libri XVII. et inscriptio XVIII.: „*Artis Prisciani viri disertissimi grammatici cęsariensis docto„ris Romę constantinopolitane liber XVII. de constructione explicit. Incipit „liber XVIII. de constructione. Theodorus dionisio V.C. memorialis „sacri scrinii epistolaris et adiutor V. M. questoris sacri palatii III. Kl. „iun. mauortio v. consule, imperantibus iustino et iustiniano „pp aug.*"

Subscriptio libri XVIII. a nonnemine solerti studio est erasa, in rasura legitur: „*A. Jani Parrhasii Neapolitani, emptus Veicelię aureis quin„que.*" — „*Antonii Seripandi ex Jani Parrhasii testamento.*"

Codex pariter est ex eorum numero qui imperante Carolo VI. e bibliotheca monasterii neapolitani St. Ioannis de Carbonaria dicti, Vindobonam translati fuerunt.

CCCXLIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. a diversis librariis exaratus, foliorum 135, in quarto. 118. / S. 10. d.

Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen maius.

Inscriptionis loco: „*Priscianus Caesariensis grammaticus Ju„liano Consuli ac Patricio: Me legat antiquas qui vult proferre loquelas, „qui me non sequitur, vult sine lege loqui.*"

In fine adscripta est ab alia manu notula de accentibus, e Prisciani libro de accentibus (*ed. Krehl II. p. 365*) petita.

CCCL.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. foliorum 95, in quarto. 147. / φ. 165.

Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen maius.

Inscriptio: „*Incipit ars Prisciani eloquentissimi grammatici cesa„riensis.*"

Thecae nomen suum adscripsit: „*Philippus Belantius de Senis.*"

CCCLI.

220. / φ. 189. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. foliorum 150, in quarto.*

Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen maius.

Inscriptio et subscriptio nulla.

CCCLII.

221. / φ. 190. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 134, in quarto.*

I. f. 1—132. Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen maius.

Inscriptio erasa. Subscriptio: „*Finiunt Prisciani grammatici XVI* „*libri, de nomine VI, de verbo III, de participio et de pronomine II, de* „*prepositione I, de adverbio et interiectione I, de coniunctione I.*"

II. f. 133—134. Fragmentum Prosodiacum.

Incipit: „*Pedes quibus utuntur sunt tres, scilicet dactilus, spondeus* „*et troceus.*" etc.

III. f. 134. Fragmentum de Accentibus.

Incipit: „*Tractaturi de accentu videamus quid sit accentus et quare* „*fuit inventus, et quot sint generales regulae accentuum, et quot et quae* „*sint impedimenta.*"

Codex celebres habuit possessores, Ioannem Merulam, Ianum Parrhasium et Ioannem Sambucum.

CCCLIII.

201. / U 487. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 197, in quarto.*

Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen maius.

Inscriptio: „*Incipit liber Prisciani de ordinatione partium.*" Desunt in fine codicis aliquot lineae, abrumpitur enim in his verbis: „*quatenus, sin,* „*seu, sive, in, aliae.*"

Ioannes Faber episcopus Vindobonensis bibliothecae universitatis dedit.

CCCLIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 160, in quarto. 213. / U. 489.

I. f. 1—160. Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen maius.

Inscriptio: „*Incipit ars grammatica. Priscianus Caesariensis grammaticus Juliano Consuli ac Patricio.*" Subscriptio: „*Explicit liber XVI. Prisciani grammatici feliciter.*"

II. f. 160. v. Versus de Valore Numerico Literarum. *Vid. supr. Cod. CCCV. 5.*

Pertinuit olim ad collegium ducale Viennae.

CCCLV.

Codex manuscriptus membranaceus partim saeculi XIII. partim saeculi XIV. foliorum 101, in quarto. 167. / U. 407.

I. f. 1—74. Saec. XIII. Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen maius.

Inscriptio et subscriptio nulla. Post folium 40. excidit unus sexternio, qui libr. VII. cap. 14. ad libr. VIII. cap. 12. continebat.

II. f. 75—99. Saec. XIV. Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen minus.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit iterum alter liber prisciani.*"

III. f. 99. v.—101. Saec. XIV. Prisciani Caesariensis de Accentibus Liber.

Inscriptio: „*Priscianus de accentibus.*" Subscriptio: „*Explicit integer Priscianus majoris et minoris voluminis.*"

Codex a Ioanne Fabri episcopo Vindobonensi bibliothecae universitatis dono datus.

CCCLVI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 79, in quarto. 294. / U. 498.

Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen minus.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit minor priscianus anno domini M° CCC III per manus pauli.*"

CCCLVII.

3201. / U. 490. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XIV. foliorum 86, in quarto.*

I. f. 1—53. Prisciani Caesariensis Institutionum Grammaticarum Volumen minus.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit priscianus minor per manus* „*hinrici de oyta anno domini 1386. II. Kalendas septembri.*"

II. f. 54—57. Expositio Orationis Dominicae.

III. f. 58—86. Landolphi de Francia Sertum Rhetoricae.

Incipit prologus leoninus in hunc modum:

„*Quilibet agrestis et rudis est sermo sine istis,*
„*Non redolens florem verbi sensusque colorem.*"
„*Hinc virtute dei puerili carmine pegi*
„*Rethorice sertum gemmis intusque refertum.*"

Auctorem libelli mihi penitus incogniti prodit notula a librario margini adscripta: „*Materia huius libri est modus persuadendi cum ornato sermone,* „*causa efficiens fuit quidam magister, qui vocabatur landolphus de* „*francia, qui collegit istum librum de diversis libris rethoricalibus, ergo* „*iste liber vocatur sertum rethorice quoniam collectus est de diversis flori-* „*bus.*" etc.

CCCLVIII.

114. / φ. 109. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. praefixis aliquot foliis chartaceis saeculi XV. scriptura refertis, foliorum 64, formae quadratae.*

I. f. 1—2. Ch. saec. XV. Valerii Probi de Notis Romanorum interpretandis Libellus, compendio datus.

Inscriptio: „*M. Valerii Probi de notis antiquis opusculum.*" Totum opusculum Conradi Celtis manu exaratum est.

II. f. 2. Ch. saec. XV. Versus de Valore Numerico Literarum.

Vid. supr. Cod. CCCXXV. 5. Etiam isti versus a Conrado Celte scripti sunt.

III. f. 3—9. Saec. X. Glossae in Prisciani Institutionum Grammaticarum Librum I—XIV.

Initium: „*Phylosophy definiunt vocem esse aerem tenuissimum ictum.*

„Aer spiritus interpretatur. Substantia vocis est aer tenuissimus." etc. Finiunt: *„Vides enim."* (Prisc. *libr. XIV. c. 5. p. 607. ed. Krehl.*)

IV. f. 3—31. In foliorum oris. Saec. X. Glossae in Prisciani Institutionum Grammaticarum Librum I—X.

Initium: *„Philosophus est qui divinarum et humanarum scientiam habet, „et omnem bene vivendi tramitem tenet."* etc. Subscriptio: *„Explicit Glossema libri X^mi in monasterio phyuhtvangensi* (Feuchtwangen) *a „quinto libro usque huc conscripsi ego Froumundus. Sed primum, secun„dum III^um et quartum Colonie in monasterio sci pantaleymonis. Deus „addat et alios qui secuntur ut sibi placet."* Sunt inter glossulas nonnullae theotiscae, de quibus cfr. Graff *Diutiska III. 349.*

V. f. 9—12. Saec. X. Fragmentum Grammaticum de Partibus Orationis, Schematibus et Tropis.

Incipit: *„Primum querendum est qualis sit ista oratio."* etc.

VI. f. 13—15. Saec. X. Fragmentum Grammaticae Graecae.

Continet alphabetum, articulum et paradigmata declinationum. An haec e Probi grammatica graeco-latina hausta?

VII. f. 16. r. Saec. X. Fragmentum Grammaticum de quinque Declinationibus Latinorum.

Initium: *„Prima declinatio quot terminales litteras habet?"*

VIII. f. 16. v. Saec. X. Schema Pedum Metricorum.

IX. f. 17—24. Saec. X. Beda Venerabilis de Schematibus et Tropis Sacrae Scripturae. *Opp. edit. Colon. 1688. tom. 1. col. 42—53.*

X. f. 25—44. et 49—64. Saec. X. Venantii Fortunati Episcopi Pictaviensis Carminum Lib. I—III. et V—VII.

Inscriptio praefationis plane ut in editione Browerii; libri primi: *„Venantii. Honorii. Clementiani. Fortunati. Presbyteri. Italici. „Liber. incipit. feliciter. ad. Vitalem. Epm. Ravennensem."* Liber III. et VII. in fine mutili sunt. Libri tertii ultima duo disticha desunt, septimus abrumpitur in carminis octavi vers. 69.

XI. f. 45—48. m. Saec. XV. D. Magni Ausonii Mosella, praemissa ad Symmachum Epistola.

Ultimus Mosellae versus deest. Quatuor haec folia male inter Venantii carmina inserta sunt.

Codex olim ad Sebastianum Tengnagelium pertinuit.

CCCLIX.

246. U. 517. *Codex manuscriptus membranaceus partim saeculo XII. partim saeculo XIII. exaratus, foliorum 111, in quarto.*

I. f. 1—8. Saec. XIII. Incerti Auctoris Anti-Priscianus.

Initium: „*Verbum est pars orationis cum temporibus et modis, sine* „*casu, agendi v. paciendi significativum. Quod hec sit mala diffinitio sic* „*probatur. Hec diffinitio sive descriptio non convenit omni verbo. Proba-* „*tur: non convenit huic verbo sum, es, est. Probatur: hoc verbum sum* „*non est paciendi vel agendi significativum.*" etc. Finis: „*Metrum ascle-* „*piadeum, monocolon, tetrastropon, ex quatuor pedibus, spondeo et duobus* „*coriambis et pirrichio. Inventor rutili. Festum nunc celebre. Sanctorum* „*meritis. Gaude visceribus. Explicit.*"

II. f. 9—42. Saec. XIII. Gualtheri de Castillione Alexandreis.

Subscriptio: „*Explicit Alexander Magistri Galteri.*"
„*Vivat Gualtherus per carmina sicut homerus,*"
„*Nominis eclypsis quia non est vatibus ipsis.*"

Hanc subscriptionem excipit carminis prologus pedestris.

III. f. 43—45. Saec. XIII. Incerti Ars Epistolandi.

Incipit: „*Ad doctrinam dictaminis accedentes et operam tradentes, primo* „*debemus cognoscere quid sit dictamen.*"

IV. f. 45—50. Saec. XIII. Incerti Tractatus de Poetica Dictione.

Initium: „*Ne meas viderer magnificare fimbrias, opus propositum diu* „*protelavi, sed quia stipulacionis noverca est dilatio, ne viderer dissimu-* „*lator opis.*" etc.

V. f. 51—57. Saec. XIII. Bernardi Tractatus de Dictamime Epistolarum, cum prologo metrico.

Incipit prologus:

„*Consimiles res omnis amat, nil comperit unquam*
„*Si quis dissimiles res simul esse velit.*"

Finis prologi:

„*Auctorem laudato deum, quem ledit operte,*
„*Si quis in hoc opere insidiosus erit,*
„*Bernhardus siquidem tantummodo verba notavit,*
„*Cuncta velut docuit spiritus almus eum.*"

Initium ipsius operis: „*De competenti dictaminum et grata scientia do-* „*cumenta rudibus evidenter ministrare desiderantes.*" etc.

VI. f. 57—64. Saec. XIII. **Excerpta et Notata varia, Argumenti potissimum Grammatici.**

VII. f. 65—68. Saec. XIII. **Emeriti Vindocinensis Summula de Schematibus et Coloribus Sermonum.**

Initium deest, incipit his verbis: „*vocabuli in principio positi versus in* „*ejus terminatione replicatio.*" etc.

Subditur epilogus metricus, cuius extremos versus transcribimus:

„*Vive precor nec formida livoris hiatum*
„*Summula per menses emodulata duos.*
„*Hec memini, meminisse juvat, sat prata biberunt,*
„*Explicit emeriti vindocinensis opus.*
„*Et si quid residuum fuerit igni comburatur, i. e. spiritui* „*sancto committatur.*
„*Parisios maturo gradum, mihi dulcis alumna*
„*Tempore primatus aurelianis ave.*"

„*Explicit. Amen.*"

„*Instruit ad versus pueros hec summula, nomen*
„*Ex re sortitur, summa docere potest.*"

An haec Matthaei Vindocinensis ars versificandi? Cfr. *Hist. lit. de la France XV. 420.*

VIII. f. 68. v. Saec. XIII. **Elegia Studiosi Parisiensis, a matre pecuniam flagitantis.**

Lepidum carmen nuper ex hoc codice a cl. M. Hauptio (*Exempl. poes. lat. med. aev. p. 31. s.*) editum.

IX. f. 68. v.—69. Saec. XIII. **Versus Leonini Grammatici.**

Initium: „*Declinent tuti pueri mea castra secuti,*
„*Ut discant nexus quos vult discretio sexus.*"

X. f. 69—70. Saec. XIII. **Versus Leonini Prosodiaci.**

Initium: „*Hoc retine cura, quod in heroica positura*
„*Tres variare pedes semper solummodo debes.*" etc.

XI. f. 71—78. Saec. XIII. **Q. Horatii Flacci Odarum Libr. I. od. 31—38. Libr. II. od. 1—20. Libr. III. od. 1. v. 1—45.**

XII. f. 79—83. Saec. XII. **Q. Horatii Flacci Epistolarum Liber II.**

Epistolae primae versus 85 priores desunt.

XIII. f. 83—84. Saec. XII. **Tractatus de Metris Horatianis.**

Incipit: „*Decem et novem odas variis horatius metrorum compositioni*-„*bus texuit.*" etc.

XIV. f. 85—87. Saec. XII. Incerti Tractatus de Hexametro.

Incipit: *„Si quis ad metrorum scientiam velit attingere, necesse est lite-„ras mensurasque pedum diligenter inquirere."* etc.

XV. f. 87—109. Saec. XII. Coelii Sedulii Carmen Paschale, sive Mirabilium Divinorum Libri V.

Inscriptio: *„Incipit Epistola Sedulii Presbiteri ad Macedonium."* Carmen in duos libros est divisum. Subscriptio: *„Explicit liber Sedulii."*

XVI. f. 109—111. Saec. XII. Coelii Sedulii Collatio Novi et Veteris Testamenti. *Opp. edit. Gruner. p. 141. ss.*

Inscriptio: *„Incipiunt alii versus eiusdem."*

CCCLX.

924. / R. 2288. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 109, in folio.*

I. f. 1—100. M. Aurelii Cassiodorii Variarum Libri XII.

Inscriptio: *„Magni aurelii Cassyodori senatoris viri clarissimi „et illustris questoris palaci, consulis ordinarii prepositi officiorum atque „patricij variarum libri primi incipit Prologus."* Series epistolarum in codice cum editione Io. Garettii *Rothomag. 1679.* collata, haec est: Cod. Lib. I—III. = *Edit. I.—III.* — Lib. IV. = *IV. 1—39.* — Lib. V. = *VIII.* — Lib. VI. = *IX.* — Lib. VII. = *X. et XI. praef.* — Lib. VIII. = *XI.* — Lib. IX. = *XII. 1. IV. 40—51. V.* — Lib. X. = *VI.* — Lib. XI. = *VII. 1—41. XII. 2—28.* Desunt itaque Libr. VII. extremae sex epistolae.

II. f. 100. v.—109. Aurelii Cassiodorii de Anima Liber.

Inscriptio: *„Incipit liber Cassyodori de Anima.* Subscriptio: *„Ex-„plicit liber Cassyodori senatoris de anima."*

Pertinuit olim codex corruptissime scriptus ad monasterium S. Dorotheae Vindobonae, inscriptione in fronte libri id testante: *„Hunc li-„brum legavit monasterio sancte dorothee domnus andreas fundator „eiusdem loci."* Andreas Plank Alberti II. imperatoris institutor et tandem cancellarius innuitur.

CCCLXI.

365. / S. 25. b. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 97, in folio.*

I. f. 1—85. r. M. Aurelii Cassiodorii Variarum Libri XII.

Inscriptio: *„Magni Aurelii Cassiodori Senatoris venerabilis „illustris exconsulis ordinarii magnis officiis prepositi atque patricii Varia-*

„rum liber incipit.“ Series epistolarum in codice cum editione Io. Garetii *Rothomag. 1679.* collata, haec est: Cod. Lib. I. = *Edit. I. 1—46.* — Lib. II. = *II. 1—26. III. 34—58.* — Lib. III. = *IV. 1—51.* — Lib. IV. = *V. 1—26. II. 27—41.* — Lib. V. = *III. 1—33. V. 37—44.* — Lib. VI—XII. = *VI—XII.* Notandum libros V. posteriores iterum Libr. I—V. in codice inscribi. Subscriptio „in calce Libr. V. *(XII.)* „*Magni Aurelii Cassiodori Senatoris viri „clarissimi et illustris exquestoris pallacy exconsulis ordinarii exmagistri „officiorum prepositi officiorum atque patricii liber quintus variarum explicit.*“

II. f. 85. v. — 92. M. Aurelii Cassiodorii de Anima Liber.

Inscriptio: *„Incipit liber eiusdem de Anima.“* Subscriptio: *„Explicit „liber Cassiodori.“*

III. f. 93—97. »Copia Bullae Apostolicae pro Crucesignatis, sanctissimi in Christo Patris et Domini Pii Papae secundi.

Est notissimae illius Bullae pro crucesignatis contra Turcas de ann. 1463. copia, quae sub ipsis artis typographicae incunabulis et saepius deinde fuit impressa. Cfr. Ebert *Bibliogr. Lexic. n. 168.*

Codex olim bibliothecae episcopalis Tridentinae. Vid. Gentilott. *Monument. Trident. IV. n. 27.*

CCCLXII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 138, in folio. 3112. / φ. 24.

I. f. 1—126. v. M. Aurelii Cassiodorii Variarum Libri XII.

Inscriptio: *„Incipit liber epistolarum Cassiodori Senatoris in libro „numero XII.“*

„Vir senator amans offert hec dona magistro,
„Cui plus eloquio nulla metalla placent.“

Epistolarum series, paucissimis transpositis, eadem est quae in editionibus.

II. f. 126. v. — 138. M. Aurelii Cassiodorii de Anima Liber.

Inscriptio et subscriptio nulla.

CCCLXIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 81, in folio. 79. / φ. 107.

I. f. 1—79. M. Aurelii Cassiodorii Variarum Liber VII—XII.

Inscriptionis loco praemittitur index capitum libri VI. Subscriptio ad calcem libri XII. *„Explicit liber variarum Aurelii Cassiodori Sena„toris viri clarissimi et illustris Exquestoris palacii, Exconsulis ordinarii*

„et Magistri officii prepositi officiorum atque patricii.“ Series epistolarum eadem est quae in editionibus.

II. f. 80—81. C. Sollii Apollinaris Sidonii Epistolae III.

Prima harum epistolarum Libr. I. ep. 8. inscribitur: *„Eleutherio suo Sidonius.“* — Secunda Libr. VI. ep. 11.: *„Sydonius agricole suo.“* — Tertia Libr. I. ep. 2. in duas partes est divisa, quarum prior inscribitur: *„Epistola de forma Theodorici regis,“* altera *„Epistola de accionibus.“*

Alia manus codici adscripsit Formulam conficiendi syrupum.

CCCLXIV.

55. / R. 248. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. cum figuris mathematicis pictis, foliorum 208, in folio.*

I. f. 1—92. Anic. Manl. Torq. Severini Boethii Geometria et Arithmetica.

Inscriptio: *„In. Nomine. Trino. Divino. Incipiunt. Libri. Anicii. Manlii. Severini. Boetii. Artis. Geumetricae. Et. Arithmeticae. Numero. V. Ab. Euclide. Translate. E. Greco. In. Latinum.“*

F. 1—6. v. Liber primus de Geometria. *Opp. edit. Basil. 1564. p. 1228—1233.* a verbis: *„Geometria est disciplina magnitudinis,“* usque ad verba: *„multa opponunt falsa pro veris.“*

F. 6. v.—10. v. Liber secundus. *Opp. edit. cit. p. 1233—1238.* a verbis: *„Discip. Quomodo inventa est Geometria?“* ad verba: *„ad sequentia propositum convertamus.“* Inscriptio: *„Incipit. Liber. Anicii. Manlii. Severini. Boetii. Geumetricorum. Secundus. Ab. Euclide. Translatus.“* Subscriptio: *„Explicit. Liber. Arithmeticae. Artis.“*

F. 10. v.—15. Liber tertius. *Opp. edit. cit. p. 1179—1202.* Inscriptio: *„Incipit. Liber. Geometrice. Artis. Tertius. De. Figuris.“* Subscriptio: *„Explicit. Liber. Tertius.“*

F. 15—21. Liber quartus. *Opp. edit. cit. p. 1202—1206.* et ut habet capituli inscriptio: *„Incipit altercatio duorum Geometricorum de figuris, numeris et mensuris“* quae nil est nisi erotematica expositio opusculi, quod: Iulii Frontini Expositio Formarum in *Agrimens. Rigalt. II. p. 29—37. coll. p. 320.* inscribitur. Inscriptio libri: *„Incipit. Liber. Quartus. Anicii. Manlii. Severini. Boetii. Ab. Euclide. Translatus.“* Subscriptio: *„Explicit. Anicii. Manlii. Severini. Boetii. Liber. V.“* (sic) *„Artis. Geumetriae. De. Graeco. In. Latinum. Translatus. Ab. Euclide. Peritissimo. Geumetrico.“*

F. 23. v. *„M. Anicii. Manlii. Severini. Boetii. V. C. Et. Ill. Excons. Ord. Patr. Liber. De. Arithmetica. Incipit.“* — *„Domino suo Patricio

„*Symmacho Boetius summa fide.*“ (*Opp. edit. cit. p. 987—1014.*) — F. 92. v. „*A. M. S. B. V. C. Et. Ill. Excons. Ord. Patr. Institutionis.* „*Arithmeticae. Liber. Secundus. Feliciter. Explicit. Atque. Finit.*“

II. f. 93—167. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii de Musica Libri V.

Inscriptio nulla. Verba operis extrema: „*proportio vincat duas. Explicit* „*quintus*“ ab alia antiqua manu scripta sunt.

III. f. 167. Anonymi Fragmentum de Musica. *Gerbert Script. Music. I. p. 338.*

Incipit: „*Quinque sunt consonantiae musicae.*“ Finis: „*brevitatis causa* „*a nobis praetermittuntur. Nomina cordarum in quibus consistunt quere in sequenti pagina,*“ in qua revera habes figuram citharae, ab alia tamen manu adpictam, additis chordarum nominibus; et insuper quinque campanulas una serie suspensas, quibus UT. RE. MI. etc. inscriptum, nec non figuram viri, qui campanulas pulsaturus, summa corporis intentione ingentem vibrat malleum.

IV. f. 168—208. v. Hugbaldi Elnonensis Musica Enchiriadis, et Scholia Enchiriadis de Arte Musica. *Gerbert Script. Music. I. p. 152—212.*

Inscriptio: „*Incipit Musica.*“ et f. 182. r. „*Incipit scolica enchiriadis de* „*arte musica.*“

V. f. 208. v. Hugbaldi Elnonensis de Musica Fragmentum. *Gerbert Script. Music. I. p. 121.*

Incipit in verbis: „*in primo diapason C habet totum F.*“ et finit: „*vel* „*tertium F quadruplo id est bis diapason.*“

In calce codicis a vetusta manu: „*Liber fratrum predicatorum de buda.*“

CCCLXV.

Codex manuscriptus membranaceus partim saeculo X. partim XIII. exaratus, foliorum 135, in folio. 50. / S. 373.

I. f. 1—46. Saec. XIII. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii de Arithmetica Libri II., cum scholiis marginalibus et interlinearibus.

II. f. 47. Saec. XIII. Nota de Asse et partibus eius.

Incipit: „*Unitas in calculo assis vocatur, cujus partes juxta proportio-* „*nalitatem suam propriis sunt insignitae vocabulis.*“ etc.

III. f. 47. v. — 48. v. Saec. XIII. Pseudo-Hieronymi de Diversis Generibus Musicorum ad Dardanum Epistola. *Opp. edit. Vallars. t. XI. col. 202.*

Inscriptio: „*Incipit epistola sci Hieronimi de carminibus.*" Ad calcem pictae sunt figurae diversorum instrumentorum musicorum; organi, tympani, citharae, psalterii et cymbali.

IV. f. 49. r. — 54. Saec. XIII. et f. 55 — 135. Saec. X. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii de Musica Libri V., cum glossis et figuris.

Inscriptio: „*Incipit Boecii de Musica liber, i. e. Armonica institutio.*" Subscriptio: „*Explicit liber ars musica. Deo gracias. Amen.*" Manus saeculi XIV. minio addidit: „*Rescriptus per Gregorium anno 1435, ac pro „tunc de novo ligatus deligentia honorabilis viri domini Georgii Feych„ter Canonici ecclesiae Salczburgensis.*" Innuitur codicis eam partem quae saeculo X. est exarata, anno 1435. inducto atramento recenti fuisse restauratam.

Thecae adhaerent fragmenta medica saeculi XIV. et instrumentorum Salisburgensium, inter quae transactio de molendino archiepiscopali de anno 1282.

CCCLXVI.

297. Ph. 555. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 59, in quarto.*

Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii de Arithmetica Libri II.

Liber II. misere est mutilatus, plurimis foliis e medio excisis, aliquot etiam in fine deficientibus. Ultimi folii membrana est rescripta.

CCCLXVII.

83. U. 926. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 65, in folio.*

I. f. 1 — 38. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii de Arithmetica Libri II.

II. f. 39 — 65. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii Artis Geometricae Libri IV.

Theca codicis hanc habet inscriptionem: „*Honorabilis ac egregius magi„ster Johannes de Gmunden sacre theologie Baccalarius formatus, „testatus est hunc librum ad librariam facultatis arcium studii Wiennen„sis, cuius anima vivat cum deo feliciter.*"

CCCLXVIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 91, in quarto. 299. / S. 389.

I. f. 1—86. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii de Musica Libri V.

In principio deest unum folium, nunc incipit his Lib. I. cap. 1. verbis: „*siccis adiunguntur.*" Liber V. desinit in cap. 19. verbis: „*nusquam una,*" sicut editiones, observante tamen librario: „*hic desunt XI. capitula.*" Revera initio Libr. V. triginta capitum argumenta proferuntur.

II. f. 87—90. Apophtegmata Veterum Sapientum.

Initium: „*Cum quidam stolidus audiente Pitagora diceret, malle se cum „mulieribus esse quam cum philosophis*" etc.

III. f. 91. Publii Syri Mimi Sententiae aliquot.

Incipiunt: „*Alienum est quidquid optando evenit.*" Desinit: „*Contra „felicem vix deus vires habet.*"

CCCLXIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. literis initialibus plurimisque figuris pictis ornatus, foliorum 166, in folio. 51. / U. 38.

I. f. 1—34. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii de Musica Libri V.

Inscriptio: „*Anitii. Mallii. Severi.*" (ni abrasum) *Boetii. Viri. „Consularis. Exordine. Patricii. Liber. Primus. Musice. Artis. Incipit.*" Finis: „*ut in diatonicis generibus nusquam una proportio vincat duas,*" est itaque libris editis tribus verbis auctior. Praemittuntur operi: f. 1. Schemata tonaria cum interpretatione metrica, quam Denisius *Catalog. Codd. theolog. II. 2150. ss.* edidit. — F. 1—2. r. Monochorda Ottonis, Guidonis, Wilehelmi Abbatis, et Regulare Boethii. — F. 2. v. Figurae tonorum diversitates exhibentes. — F. 3. v. Figura Boethii, coloribus picta, qualis iterum f. 4. v. inter initiale O recurrit. Denique Ephororum Spartanorum προβούλευμα, quod in ipso Boethii textu graecum cum versione latina interlineari habetur, in operis fronte repetitur, versione inter lineas minio addita, hac inscriptione: „*Secundum aliud exemplar hęc gręca scriptura postea in libro aliter ha„betur.*"

II. f. 35. r. Hucbaldi Elnonensis de Musica Fragmentum. *Gerbert Script. Music. I. 118. 119.*

III. f. 36—41. v. Guidonis Aretini Micrologus de Disciplina Artis Musicae. *Gerbert. Script. Music. II. 2—24.*

Inscriptio: „*In nomine domini incipiunt Guidonis versus de Musice* „*explanatione suique nominis ordine.*" Subscriptio: „*Explicit Michrologus* „*id es*" (sic) „*brevis sermo Guidonis ritissimi Musici et venerabilis* „*monachi.*" Praemittitur Guidonis et Theobaldi episcopi Aretini icon.

IV. f 41. v.—43. Guidonis Aretini Regulae Musicae Rhythmicae. *Gerbert Script. Music. II. 23—24.*

Inscriptio: „*Iteratur Guidonis prologumena de camenę suę munus-* „*culis suique mentione nominis. Gliscunt corda meis.*" etc. — „*Incipiunt* „*item Musicę Guidonis regulę rithmice in antiphonarii sui prologum* „*prolate.*" Subscriptio: „*Explicit liber secundus regularum Guidonis in* „*Musicam.*"

V. f. 43 — 44. Guidonis Aretini Regulae de Ignoto Cantu. *Gerbert Script. Music. II. 34—37.*

Inscriptio: „*Item alie regule eiusdem de ignoto cantu, identidem in an-* „*tiphonarii sui prologum prolatę.*"

VI. f. 44—45. Guidonis Aretini Tractatus de Ignoto Cantu, ad Michaelem. *Gerbert Script. Music. II. 43—50.*

Inscriptio: „*Epistola Guidonis Michaheli monacho de ignoto cantu* „*directa,*" et iterum post prologum: „*Explicit epistola, incipiunt regulę.*" Subscriptio: „*Explicit musica Guidonis. Finis adest libri, labor exit* „*munere xpi.*"

VII. f. 46—48. v. Oddonis Dialogus de Musica. *Gerbert Script. Music. I. 252—264.*

Inscriptio: „*Incipit musica domni Ottonis.*" Deest nobis prologus, et in fine verba: „*age ergo obsecro.*" etc. Praemittitur icon Oddonis, quam e nostro codice expressam in fronte collectionis suae Gerbertus exhibuit.

VIII. f. 49—52. Bernonis Augiensis Musica, seu Prologus in Tonarium ad Pilgrinum Agrippinae archiepiscopum. *Gerbert Script. Music. II. 62—67.*

Inscriptio: „*Incipit epistola domini Bern. Abbatis ad Pilgerinum Agrip-* „*pinum archiepiscopum.*" Subscriptio: „*Explicit liber primus regularum* „*venerabilis Bern. Abbatis in artem musicam.*"

IX. f. 52. v. — 55. Bernonis Augiensis de Monochordo mensurando Liber.

Inscriptio: *Incipit secundus eiusdem de mensurando monochordo.*" Initium: „*Quicunque aliquod sibi artificium inchoat, semper ad eventum „festinat, si ubi est festinatio, laboris quęritur adbreviatio.*" Finis: „*in „quo omnis legitimus nostri temporis cantus absque omni dissonantia dis- „currit. Explicit musica doni Abbatis Bern.*" Meminit nostri libelli, qui editorem adhuc exspectat, Trithemius *script. ecclesiast. no. 311.* et Fellerus *Catalog. Bibl. Paulin. Lips. p. 228.*

X. f. 55. r. De Mensura Fistularum. *Gerbert Script. Music. II. 286.*

Inscriptio: „*Incipit mensura fistularum.*"

XI. f. 55. r. Gerlandi Vesontini de Fistulis Fragmentum. *Gerbert Script. Music. II. 277.*

XII. f. 55. v. De Mensura Organistri.

Incipit: „*Si organistri regulariter mensurandi subtilem noticiam habere „volueris.*" etc.

XIII. f. 55. v. De Ponderatione Cymbali.

Incipit: „*De ponderatione cęrę primi cimbali abicias quartam partem, „et de tribus residuis tertium cimbalum formabis*".

XIV. f. 56 — 62. Bernonis Augiensis Tonarius. *Gerbert Script. Music. II. 79—91.*

Inscriptio in extrema f. 56. r. vacui ora: „*Explicit musica dni*" (nomen erasum) „*Incipit tonarius eiusdem.*" Subscriptio: „*Explicit tonarius domni „Bernonis*" (cuius nominis iterum erasi pauca adhuc apparent vestigia) „*Laus tibi christe, per quem liber explicit iste.*" Textus editis paullo est uberior.

XV. f. 62. v.—70. Ioannis Cottonis Musica. *Gerbert Script. Music. II. 230—265.*

Inscriptio prologi: „*Incipit epistola Joannis ad Fulgentium Episcopum „de Musica.*" — „*Finit prefatio. Incipiunt capitula.*" — „*Expliciunt capi- „tula. Incipit tractatus Johannis de arte musica.*" Additur viri tetrachordo ludentis imago. Subscriptio: „*Explicit tractatus Johannis de arte „musica.*" Gerbertus codice nostro usus est.

XVI. f. 71 — 73. Ioannis Cottonis Tonarius.

Cottonis Tonarium, cum vix a Bernonis Tonario differat, supprimendum censuit Gerbertus.

XVII. f. 73. v. — 81. S. Wilhelmi Hirsaugiensis Musica. *Gerbert Script. Music. II. 154—182.*

Inscriptio: „*Incipiunt capitula in musicam domini Willehelmi.*" — „*Incipit prooemium in artem musicam Willehelmi abbatis, sub ipsius* „*nomine et cuiusdam Othlohi per dialogum compositam.*" — „*Incipit* „*Musica Willehelmi abbatis.*" Subscriptio: „*Explicit musica beati patris* „*Willehelmi Hyrsaugensium Abbatis A. M.*" Codice nostro usus est Gerbertus.

XVIII. f. 82 — 90. Hermanni Contracti Musica. *Gerbert Script. Music. II. 125—153.*

Inscriptio: „*Musica clarissimi viri Herimani.*" Gerbertus ex ipso hoc codice primus edidit.

XIX. f. 90. v. — 91. Henrici Augustensis Institutio Catechetica Musices.

Inscriptio: „*Incipit musica domni Heinrici Augustensis Magi-* „*stri.*" — „*A. Estne musica genus an species? X. Species est et subalter-* „*num genus. A. Quomodo? X. Scientia artificialis cum in multa etiam in* „*Musicam dividitur, est autem subalternum genus, quia in tres species* „*subdividitur, quarum prima est mundana, secunda humana, tertia arti-* „*ficiosa.*" Tractatus in fine mutilus, nondum est editus.

XX. f. 92 — 117. M. T. Ciceronis de Inventione Libri II.

Inscriptio: „*Incipit rethorica Martii Tullii de inventione.*" Liber secundus desinit in verbis: „*pecunias in mare deicere,*" manu coaeva adnotante: „*hic precisa sunt duo folia, justo an furto factum sit, et pars* „*litterae de pleno corpore sublata est. Puto petrus nutrit fures.*"

XXI. f. 118 — 135. Rhetoricorum ad Herennium Libri IV.

Inscriptio: „*Incipit Rethorica M. tullii ad Herennium,*" Subscriptio: „*Liber tullii Ciceronis ad Herennium explicit quartus.*"

XXII. f. 136 — 145. Ars Geometrica, e Cassiodorio, Martiano Capella, Isidoro Hispalensi et Agrimensoribus collecta.

Inscriptio: „*Incipiunt capitula Geometrice Artis.*

I. „De geometrice artis mediatoribus, qui et qualiter eam „debeant discere." — „*Igitur geometrice artis peritiam, qui ad inte-* „*grum nosse desiderat, necesse est ut huius artis expositores diligenti cura* „*perlegat, ut ea que perlegerit tenaci memorie commendet.*" etc. — II. „Quid sit geometria et que eius effectiva potentie." (Cas- „siodor. *Instit. liberal. art. cap. VI. edit. Garet. p. 588—589.* a verbis: „*nunc ad geometriam veniamus,*" ad verba: „*distincta curiositate descrip-* „*sit.*" Subditur Censorini *de die natal. cap. 13.* locus, a verbis: „*Py-* „*thagoras prodidit hunc totum mundum musica factum ratione,*" usque ad verba: „*ad propositum revertar.*") — III. „De divisione geometrie,

„in quot partes dividatur." (Cassiodor. *op. cit. cap. VI. p. 589.* a verbis: *„geometria vero est disciplina magnitudinis,"* ad verba: *„magni-„ficus Boetius dedit.")* — IV. „De utilitate geometrie." (Est moralisatio super Boethii *Geometr. Libr. II. cap. de utilitat. geometr. Opp. edit. Basil. 1546. p. 1229.)* — V. „De ordine perscriptionis geo-„metrie." — VI. „De ratione propositionis." — VII. „De dis-„cretione ipsius." — VIII. „De demonstratione summitatum." — IX. „De dispositione geometrie." — X. „De extremitati-„bus." — XI. „De principio mensure." — XII. „De generibus „mensurarum." (Cento ex Isidor. *Origg. III. 12. et* Boeth. *op. cit. p. 1179.)* — XIII. „De generibus angulorum." (Boeth. *op. cit. p. 1179.)* — XIV. „De speciebus linearum et de circumferenti-„bus." (Boeth. *op. cit. p. 1181.)* — XV. „De modis formarum." — XVI. „De peticionibus et excepcionibus que sunt in geome-„tria." — XVII. „De proportione et proportionalitate." — XVIII. „De finibus et variis mensuris." (Isidor. *Origg. XV. 14, 15.)* — XIX. „De agrorum qualitatibus." (Isidor. *Origg. XV. 13.* Accedunt „Nomina Agrorum." Siculo Flacco in *Agrimensoribus cur. Goes et Rigalt. p. 26.* subiuncta, nobis nonnihil auctiora). — XX. „De „limitum generibus." (Hygin. *de limitib. Agrimens. edit. cit. p. 150. 151.* et Nomina limitum *edit. cit. p. 26.* cum nominibus agrorum coniuncta.) — XXI. „Quomodo litere latine ad demonstrationem „limitum aptande sint." (Expositio Podismi, et de mensura-„tione iugeri. *Agrimens. edit cit. p. 263—264.)* — XXII. „De expo-„sitione limitum et terminorum." *(Agrimens. edit. cit. p. 264—267.)* — XXIII. „Quomodo litere latine sive graece terminorum „rationem et locorum qualitatem designant." *(Agrimens. edit. cit. p. 270—272.* a. verbis: *„quas literas singulis in terminis invenies."* Accedit Expositio literarum finalium *Ibid. p. 278—280.* quae tamen apud nos cum litera k. desinit, reliquis a nonnemine e codice erasis.) — XXIV. „De conditione et mensuris agrorum." (De iugeribus metiundis *Agrimens. edit. cit. p. 311—315.* Deest nobis: „mensura agri „hexagoni," cuius loco: „dimensio agrorum dato arborum nu-„mero" et „dimensio agri montani e circuitu montis," quae in editionibus non habentur). — XXV. „De figurarum diversis spe-„ciebus et arearum mensuris, in eisdem per argumenta „comprehensis." — XXVI. „De geometria columnarum et „mensuris aliis." — XXVII. „De limitibus constituendis se-„cundum rationem solis." (Hyginus *Agrimens. edit. cit. p. 153.* a verbis: *„multi ignorantes,"* ad verba: *„in horam sextam non conveniet"* et *edit. cit. p. 169.)* — XXVIII. „De mundi magnitudine et circulis „planetarum." (Hygin. *Agrimens. edit. cit. p. 170—172.)* — XXIX. „De quinque zonis celestibus et zodiaco circulo. (Hygin.

Agrimens. edit cit. p. 172—176.) — XXX. „De gnomonica institu-„tione et umbrarum discursu." (Hygin. *Agrimens. edit cit. p. 176. 177.* usque ad verba: „*omni tempore convenit.*") — XXXI. „Ambrosii „Macrobii Theodosii de mensura et magnitudine terre et „circuli per quem solis iter est." (Macrob. *in Somn. Scip. Libr. I. c. 20. edit. Bipont. p. 101—103.* a verbis: „*in omni orbe vel sphaera,*" ad verba: „*et insuper centum septuaginta millia.*") — XXXII. „Item eius-„dem de magnitudine solis." (Macrob. *in Somn. Scip. Libr. I. cap. 20. edit. Bipont. p. 103—105.* a verbis: „*his dictis quibus mensura,*" usque ad verba: „*solem octies terra esse maiorem.*") — XXXIII. „Felicis „Capelle de mensura lune." (Mart. Capella *de nupt. Philolog. et Mercur. Libr. VIII. edit. Plantin. 1589. p. 290—291.* verborum serie passim mutata, et oratione tota contracta.) — XXXIV. „Eiusdem argumentum „quomodo magnitudo terre deprehensa est." (Mart. Capella *Libr. VI. edit. cit. p. 194.)* Extrema huius capitis pars, totiusque compilationis finis, quemadmodum e praevio capitum indice colligimus, e codice excidit.

XXIII. f. 146—162. C. Iulii Hygini Astronomicon.

Inscriptiones et subscriptiones: „*Iginus M. Fabio plurimam salutem.*" — „*Explicit prooemium. Incipit liber ygini.* — „*Explicit liber ygini de „astronomia.*" Librorum indicatio nulla, solummodo rubricarum distinctio. Parti mythologicae adpictae sunt figurae. Deest Libr. III. cap. 38. et Libr. VI. capitis ultimi pars, quod desinit in verbis: „*cum sol ab estivo circulo redeat,*" quibus continuo adhaeret subscriptio.

XXIV. f. 162—166. Martiani Capellae de Nuptiis Philologiae et Mercurii Liber VIII.

Abrumpitur mutilus in *edit. cit. p. 297.* verbis: „*flexio equinoctialem „pene directum secat.*" Subiungitur in extrema folii ora, illud:

„*Parcius ambigue sumantur fercula mense,*"
„*Plurimus in multis languor deprenditur escis.*"

Thecae adglutinatum est fragmentum saec. XII. e prologo Bernonis Augiensis in Tonarium. *Gerbert Script. Music. II. p. 65—67.*

CCCLXX.

80. / S. 10. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 176, in quarto.*

I. f. 1—8. Aristotelis de Interpretatione Liber, Anic. Manl. Torq. Severin. Boethio interprete.

Inscriptio: *Incipit liber Periermenias Aristotelis a Boecio trans-„latus.*" Subscriptio: „*Explicit liber Periermenias Aristotelis a Boe-„cio de greco in latinum translatus.*"

II. f. 9—176. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii in Aristotelis Librum de Interpretatione Commentariorum maiorum Libri VI.

Inscriptio: „*Manlii Severini Boetii viri illustris ex consulum* „*ordine in Periermenias Aristotelis editionis secundae liber primus in*„*cipit.*" Subscriptio: „*Anicii Manlii Severini Boetii viri illustris* „*ex consulum ordine Patritii in Periermenias Aristotelis editionis se*„*cundae Liber VI. explicit.*"

Codex Salisburgo nobis accessit.

CCCLXXI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 78, in quarto. 159. / U. 871.

Anic. Manl. Torq: Severin. Boethii in Aristotelis Librum ed Interpretatione Commentariorum maiorum Libri VI.

Inscriptio: „*Anicii Manlii Severini Boetii viri illustris excon*„*sul. in Periermenias Aristotelis editionis secunde liber primus incipit.*" Subscriptio: „*Anicii Manlii Severini Boetii exconsul. viri illu*„*stris Patricii in Periermenias Aristotelis editionis secunde liber VI.* „*explicit.*"

Codex olim Ioannis Alexandri Brassicani, dono Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis bibliothecae universitatis accessit.

CCCLXXII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 54, in quarto. 8253. / R. 1693.

I. f. 1—32. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii de Syllogismo Hypothetico Liber.

Inscriptio: „*Boetius de syllogismo hypothetico.*" Subscriptio: „*Finis* „*syllogismorum hypotheticorum.*"

II. f. 33—44. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii de Syllogismo Categòrico Libri II.

Inscriptio nulla: „*Anitii Manilii Severini Boetii incipit liber* „*de categorico sillogismo.*" Subscriptio: „*Boetii liber de cathegoricis sil*„*logismis explicit.*"

III. f. 45—54. Nicolai Perotti de Metris Libellus.

Inscriptio et subscriptio nulla. Vid. supra Cod. *CCCXXIV. 18.*

Codex e bibliotheca civica Vindobonensi ad palatinam translatus.

CCCLXXIII.

271. / R. 2133. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 80, in quarto.*

I. f. 1—76. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae.

II. f. 76. v.—77. Somniale Danielis Prophetae.

Inscriptio: „*Incipit somniale danielis prophete quod vidit in Babi-„lon.*" Orditur: „*In diebus Nabuchadonosor regis quando petebatur a prin-„cipibus civitatis et ab omni populo ut eis somnia quod uidebant indicarent, tunc danihel propheta hec omnia scripsit et eis ad legendum tradidit.*" etc. Subscriptio: „*Explicit Somniale Danielis prophete.*" etc. Exstat in Fabricii *Cod. Pseudepigraph. V. T. 1130.*

III. f. 78—80. Tractatus de Metris a Boethio adhibitis.

CCCLXXIV.

242. / U. 354. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 85, in quarto.*

Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae.

CCCLXXV.

282. / R 287. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 53, in quarto.*

Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae.

Fol. 1. a manu saeculi XV. est suppletum, et inter *f. 50.* et *51.* unum folium deest.

Fuit olim congregationis S. Severini Cassinensis, alias S. Iustinae, imperante Carolo VI. ad nos Neapoli translatus.

CCCLXXVI.

53. / Ph. 54. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 162, in folio.*

Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae, cum Commentario Ptolemaei de Asinariis, Astensis.

Initium: „*Incipit prohemium in exposicione Boecii compilata a domino „ptolomeo de asinariis legis inclito professore. In nomine domini.*

„*Amen.* — *Ad dominum cum tribularer clamavi et exaudivit me. Cum enim* „*ab re, deo et consciencia testibus, odio improborum exutus honoribus,* „*existimatione fedatus, propriis adiectus cedere laribus, impie irrogatas* „*injurias, gravia facultatum dispendia, sortis sevitiam, nec non native* „*civitatis clades, eversiones ruinasque multiplices, quas odia bellaque pe-* „*perere civilia lacrimabili conquestione deflerem.*" etc. Subscriptio: „*Deo* „*vivo omnipotenti et vero sit laus quod librum philosophyce consolacionis* „*boecii cooperante spiritus sci gracia dominus ptolomeus de asinariis,* „*civis Astensis, inclitus legis professor et floribus eloquencie purpura-* „*tus, exposicione commentaria declaravit, et ad rudium utilitatem et in* „*ipso boecio delectantium produxit in lucem. Ego vero phylippus de* „*alta villa famulus ipsius fidelis transcripsi et illuminavi, et prout ipse* „*dictaverat cum labore non modico ordinavi, et ad finem perduxi M. CCC.* „*VII°. indictione quinta de mense septembris. Nunc autem precor omnes* „*et singulos, qui quicquam emolumenti perceperint de hoc labore, commen-* „*tatori optent requiem et scriptori, quam eis concedat, qui est benedictus* „*in secula. Amen.*"

„*Commentum fecit quod mens tua clara boeci.*
„*Est felix doctorum tholomeus regula morum,*
„*Vir tam sensatus, facundus, jure probatus,*
„*Hic tegitur gratus, Asinarius ipse vocatus.*
„*Exora christum titulum qui conspicis istum,*
„*Ut cernens ipsum, devites tutus abyssum.*
„*Qui fecit lecturam cognoscit videndo figuram,*
„*Ut cognoscatur presens figura monstratur.*
„*Nicolaus de Ytro vocatur axemplo* (sic) *benedicto.*"

Manus alia adscripsit:

„*Qui scripsit scribat semper cum domino vivat,*
„*Vivat in celis Nicolaus homo fidelis.*"

Codex in Italia a Ioanne Sambuco emtus.

CCCLXXVII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. literis initialibus pictis, foliorum 95, in folio. 84. / Ph. 218.

Anic. Maul. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae, cum Glossa perpetua e Thomae Aquinatis commento excerpta.

Glossae partim minutissimo charactere margini adscriptae, partim in voluminis calcem reiectae sunt.

Pertinuit olim ad Ioannem Sambucum.

CCCLXXVIII.

144. S. 8. b. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 62, in folio minori.*

Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae.

Subscriptio: „*Explicit liber Boetii. Deo gratias. Amen.*"
„*Manus scriptoris salvetur omnibus horis.*"

Thecae manus saeculi XV. varias sententias adscripsit, quas inter: Versus memoriales de gradibus cognationum et homonymis, quorum hoc est initium:

„*Hi consobrini sunt quos genuere sorores,*
„*Hi sunt cognati quos fratres progenuere.*" etc.

Possessores etiam nomina sua adscripserunt: „*Iste liber est mei Bartholomei, qui moror in cuntrata episcopali Padue, qui studui in scolis Magistri Johannis, non de Padua, sed Magister in Padua.*" — „*Item Francisci de Ferraria.*"

Fuit deinde bibliothecae episcopalis Tridentinae. Vid. Gentilott. *Monum. Trident. III. 384.*

CCCLXXIX.

3150. L. f. 117. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XIV. foliorum 284, in folio.*

I. f. 1—69. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae.

Inscriptio: „*Anno domini M^{o} CCC^{o} LXXIIII. hic incipit Boecius de consolatione philosophie.*"

II. f. 70—120. Alanus ab Insulis de Planctu Naturae.

Inscriptio: „*Alanus de planctu nature.*" Subscriptio: „*Explicit Alanus de planctu nature. Quis te furetur tribus lignis associetur.*"

III. f. 121—135. Boethius de Disciplina Scolarium.

Inscriptio: „*Boecius de disciplina scolarium.*"

IV. f. 135. v.—150. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de duabus Naturis in Christo. *Opp. edit. Basil. 1556. p. 1203. ss.*

Inscriptio: „*Incipit Boecius de duabus naturis in xpo.*"

V. f. 151—158. Excerpta e M. T. Ciceronis Libris de Officiis.

Inscriptio: „*Extractiones de libris Tulii Ciceronis de officiis.*"

VI. f. 159—162. Excerpta e M. T. Ciceronis Quaestionibus Tusculanis.

Inscriptio: „*Incipiunt extractiones de libris Tulii de Tusculanis* „*quescionibus.*"

VII. f. 162. v. — 165. Excerpta e Macrobii in Somnium Scipionis Commentariis.

Inscriptio: „*Incipiunt extractiones de libro Macrobii in expositio-* „*nem sompnii Ciceronis.*"

VIII. f. 165. v.—170. Excerpta e Valerii Maximi Dictorum Factorumque Memorabilium Libris.

Inscriptio: „*Incipiunt extracta de Valerio Maximo.*"

IX. f. 170—171. Excerpta e M. T. Ciceronis Timaeo.

Inscriptio: „*Incipiunt extracta de Thimeo platonis.*"

X. f. 171—172. D. Ausonii Magni Sententiae septem Sapientum, septenis Versibus.

Inscriptio: „*Septem sentencie sapientum versibus explicate.*"

XI. f. 173—176. Pseudo-Senecae Proverbia.

Initium e codice excidit. Subscriptio: „*Explicit liber prouerbiorum* „*senece.*"

XII. f. 177—178. Senecae Epistolae ad Paulum, et Pauli ad Senecam.

Subscriptio: „*Expliciunt eple senece ad paulum et pauli ad Se-* „*necam.*"

XIII. f. 178. v.—180. Pseudo-Senecae de Remediis Fortuitorum ad Gallionem Liber.

Inscriptio: „*Seneca de remediis fortuitorum.*" Subscriptio: „*Explicit* „*seneca de remediis fortuitorum casuum.*"

XIV. f. 181—192. M. T. Ciceronis Cato Maior, sive de Senectute.

Inscriptio: „*Incipit Cicero Marcus Tulius de senectute.*"

XV. f. 192. v. — 204. M. T. Ciceronis Laelius sive de Amicitia.

Inscriptio: „*Incipit Tulius de Amicicia.*"

XVI. f. 205. v. — 207. Pseudo-Senecae de Remediis Fortuitorum ad Gallionem Liber.

Inscriptio: *„Incipit liber senece de remediis fortuitorum casuum."*

XVII. f. 207. v. — 214. Pseudo-Senecae Liber de Moribus.

Inscriptio: *„Incipit liber eiusdem Lucii Annei Senece de copia „verborum."*

XVIII. f. 214 — 218. Martini Dumiensis s. Braccarensis de quatuor Virtutibus cardinalibus Libellus. *Biblioth. PP. X. 382.*

Inscriptio: *„De quatuor virtutibus cardinalibus."*

XIX. f. 219 — 226. Excerpta ex Alani Anticlaudiano.

Inscriptio et subscriptio nulla.

XX. f. 226 — 245. Gaufridi Abbatis Declamationes de Colloquio Simonis cum Iesu. *Opp. S. Bernardi Claraevall. edit. Mabillon. Paris. 1719. tom. V. p. 297. ss.*

Inscriptio et subscriptio nulla.

XXI. f. 245 — 247. Bernardi Carnotensis cognomento Sylvestris Epistola ad Raymundum Castri Ambrosii de Modo rei familiaris utilius gubernandae.

Inscriptio: *Incipit epla beati bernhardi ad Remundum militem castri „ambrosii de cura domus seu rei familiaris utilius gubernande.* Subscriptio: *„Explicit epla beati Bernhardi abbatis clarevallensis ad raymundum „militem anno 1419. 8vo die novembris. in mellico."* Vid. supr. *Cod. XIV. 7.*

XXII. f. 248 — 271. Roberti Holkot Moralisationes Historiarum.

Inscriptio et subscriptio nulla. Desunt pauca in fine.

XXIII. f. 272 — 284. Iordani Quedlinburgensis Sermones de Tempore.

Subscriptio: *„Expliciunt sermones de tempore per circulum anni nobi- „lissimi, editi ab egregio doctore Jordane predicatore eloquentissimo et „profundissimo."*

CCCLXXX.

3219. Ph. 309. *Codex manuscriptus chartaceus, partim saeculi XIV. partim XV. foliorum 302, in quarto.*

I. f. 1 — 48. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae, cum Commento.

Abrumpitur in verbis: „*si vestros animos amor, quo coelum regitur,* „*regat.*"

II. f. 49 — 70. Gawifridi de Vinosalvo Carmen de Statu Curiae Romanae.

Inscriptio nulla. Initium prologi:

„*Pastor apostolicus a cardine solis ad undae*
„*Aequoris occidui quem timet omne solum.*"

Initium carminis:

„*Nuper apostolica Ganfredus sede relicta*
„*In patriam rediit, cuncta peracta tacens.*"

Subscriptio: „*Explicit Ganfridus et Aprilis colloquentes invicem de* „*statu Romane curie. deo gracias.*"

Carmen praefatione orbum primus edidit Mathias Flaccius Illyricus, inter *Poemata de corrupto ecclesiae statu Basil. p. 418. ss.* egregie in poetae argumento, quod revera in curiae laudes intendit, hallucinatus. Iterum, una cum praefatione, tanquam suo tempore adhuc ineditum protulit Mabillonius *Analect. vet. tom. IV. p. 515. ss.* Cfr. etiam Leyserum *Hist. poet. lat. med. aevi. p. 749.* qui utriusque editionis discripantias adnotavit. Nobis carmen 14 versibus in fine est auctius, qui hic sequuntur:

„*Ganfride salus tibi sit, qui vera tulisti*
„*Aprili dubio, sua qui bene vota peregit,*
„*Te mediante, tuisque relatibus, hic mihi dixit.*
„*Querenti de te verum si dixeris, ymmo*
„*Plus vero, nec tu dubites, ubi dixerit unum*
„*Invenies duo. Te mora cur trahit? incipe si qua*
„*Sunt peragenda tibi., finem tibi curia qualem*
„*Vix dabit. Ad patriam redeas, nimius calor instat,*
„*Expensaeque graves. Utinam Ganfride fuisses*
„*Obvius in patria mihi, forte pecunia nostra*
„*Non onerasset equos, illam qua fronte reducam*
„*Nescio, nullus eam curat, mihi consulat, oro,*
„*Petrus cum Paulo, Johannes, Angelus, Agnus,*
„*Miraclo superis istis succurrite curis.*"

III. f. 70. v. — 99. Iosephi Brivii Mediolanensis Carmina quaedam.

I. „Laudes sancti Allexii per Ioseph brypium ei devo„tum doctorem etcet. edite rome anno M CCCC L°."

Initium: „*Inclita Roma tuos dum sepe recensio mecum*
„*Quos etas tua prisca tulit celeberrima sanctos.*"

II. „De sancta Agnete." Incipit:

„*Agnes sponsa dei virgo sanctissima salve,*
„*Grata Jesu radio virginitatis tue.*"

Finis: „*En ego martireum tibi virgo beata triumphum*
„*Devotus cecini brypius ore Joseph.*
„*Oro velis etiam pro me celeberrima virgo*
„*Et martir, christum sepe rogare deum,*
„*Ut sua me semper faciat mandata sequentem,*
„*Retribuatque michi regna beata poli.*"

III. „De sancta Maria Magdalena." Incipit:

„*Salve sancta dei venerabilis hospita christi,*
„*Discipula excellens et apostola splendida salve.*"

Circa carminis finem iterum poetae nomen exprimitur:

„*O Magdalena christi dulcedine plena,*
„*Ecce ego devotus tibi yoseph brypius ille*
„*Doctorum minimus, cecini tibi carmine laudem.*"

IV. „Laudes sancte Barbare." Initium:

„*Barbara virgo dei meritis sanctissima salve,*
„*Inclita martirio barbara martir ave.*"

Nomen auctoris circa carminis finem:

„*En ego martireum tibi virgo beata triumphum*
„*Devotus cecini brypius ore yoseph.*"

V. „De sancta Cecilia." Incipit:

„*Caecilia illustris virgo sanctissima salve,*
„*Sponsa yesu felix, inclita martir ave.*"

VI. „Laudes sancti Ieronimi." Initium:

„*Inclite fert animus meritas Jeronime laudes*
„*Devotus celebrare tuas.*" etc.

Finis: „*En ego sancte pater tibi devotissimus olim*
„*Bripius ille yoseph, indignus doctor, itemque*
„*Prespiter indignus, genuit quem magna potensque*
„*Urbs mediolani, non digno carmine laudes*
„*Sub brevitate tuas cecini.*" etc.

De Iosepho Brivio vel Bripio, seu Bipria vid. Mazzuchelli *Scrittori d'Italia II. p. 2116.*

IV. f. 102—118. Pseudo-Ovidii Vetula.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit liber Ouidii de Vetula.*" Sequitur: „*Prefatio sive argumentum Leonis prothonotharii sacri palacii* „*Bisantei sub Nathathio principe in libris Ouidii Nasonis pelignensis* „*de vetula,*" et tandem ab alia manu sequens observatio. „*Ego Johannes*

„hasenbeyn reperi in quodam tractatu de legibus et sectis contra super-„stitiosos a domino petro episcopo cameracensi et cardinali compilato, quod „libellus de vetula, qui Ovidio asscribitur non sit ab Ovidio compositus." etc. Tandem quidam sequens adscripsit epigramma:

„Egregius labor est magno sub principe castra
„Continuando sequi, sed sic non itur ad astra.
„Promittunt, nil dant, nec quidquam solvere curant,
„Et sic falluntur miseri qui castra sequuntur."

De Pseudo-Ovidii Vetula, primum *Lubecae 1471.* cum Nigelli Speculo Stultorum et alias saepius impressa, vid. Leyser *Hist. poet. lat. med. aev. p. 2089.*

V. f. 119 — 139. Pamphilus sive de Documento Amoris.

Inscriptio nulla. Subscriptio: *„Explicit panphilus de amore.* Vid. supra *Cod. CCLXXVII. 11.*

VI. f. 139. v. — 151. Incerti Carmen de Virtutibus et Vitiis.

Inscriptio et subscriptio nulla. Initium:

„Surrexisse patent vitiorum viscera flammis,
„Mentes humanas que male corde fovent." etc.

VII. f. 152 — 162. Bernheri de Virtutibus et Vitiis Libri III.

Inscriptionis loco: *„Intentio istius Aphorismi sequentis est vicia exstir-„pare et virtutum sublimia commendare."*

„Passim collectus tamen inchoat hic aphorismus,
„Quem deus emisit factor ut is peciit."

Initium libri I.

„Contentus modicis rebus sit clericus omnis,
„Queque sibi fuerint, quibus non eget, inopum sint."

In fine carminis nomen suum prodit auctor:

„Servus Amarini bernherus martiris almi
„Hec tulit ecclesie mentis amore pie."

VIII. f. 163 — 178. Henrici de Hassia Iuvectiva in Monstrum Babylonis.

Inscriptio: *„Tangitur hic scisma temporis sub imagine monstri."* Subscriptio: *„Explicit invectiva contra monstrum Babilonis."* Cfr. Fabricii *Biblioth. lat. med. et inf. aet. edit. Mansi tom. III. p. 220.*

IX. f. 179 — 219. Eberhardi Betuniensis Laborintus.

Inscriptio nulla. Subscriptio: *„Explicit laborintus per manus Got-„fridi pabulatoris. Anno domini M° CCC° LXXX° in die sancti Nazarii „et cetera Amen."* Exstat in Polycarp. Leyseri *Hist. poet. lat. med. aevi p. 796. ss.*

X. f. 221 — 231. **Theobaldi de Senis Physiologus**, cum commento.

Inscriptio et subscriptio nulla.*

XI. f. 246 — 285. **Petri Pauli Vergerii ad Ubertinum Carariensem de ingenuis Moribus Libellus.**

Vid. supr. *Cod. CCLXII. 2.*

XII. f. 285 — 288. **Hugo de S. Victore de Ratione Studiorum.**

Initium: „*Doctrinam brevem et utilissimam cuicunque proficere volenti* „*in qualibet scientia, sed tamen specialiter in arduissima canonica et le-* „*gali.*" Finis: „*Et hec sufficiunt ad doctrinam breviter introductam ad* „*eruditionem, sive modum studendi in arduissima canonica et legali, com-* „*posita sunt a Hugone de St. Victore prope Parysius.*" Inter Hugonis Opera, *Rothomag. 1648.* edita non exstat.

XIII. f. 289 — 302. **Ioannis de Garlandia de Mysteriis Ecclesiae Carmen.**

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit summa mysteriorum.*" Poematis specimen habes apud Polycarp. Leyserum *Hist. poet. lat. med. aevi p. 339. ss.*

CCCLXXXI.

3143. Ph. 179. *Codex manuscriptus, partim membranaceus, partim chartaceus, saeculi XIV. foliorum 203, in folio.*

I. f. 1 — 39. *Membr.* **Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae.**

Inscriptio et subscriptio nulla. Primis foliis commentum marginale est adscriptum.

II. f. 40 — 149 et 166 — 203. *Chart.* **Henrici de Isernia Codex Epistolaris Ottocari Bohemiae Regis.**

Initium praefationis anepigraphae: „*Inducuntur scolares ut insudent* „*gramatice, ut possint ad studium philosophie pervenire. Vagientibus in* „*cunis artis grammatice pragensis studii scolaribus universis H. de* „*Ytalia salutem et sapiencie crebris vigiliis insudare. Quia iam fere* „*michi huius est patrie nota condicio et literarum status.*" etc. Meliorem epistolarum istarum partem ex ipso hoc codice typis expressam habes, in *Codice Epistolari Primislai Ottocari II. cur. Thoma Dolliner. Viennae 1803. 4°.* cuius praefationem de Henrico de Isernia consule.

III. f. 150—166. *Chart.* Ioannis a Launha Lemovicensis Somnium Pharaonis, ad Theobaldum Navarrae Regem.

Inscriptio: „*Incipit morale sompnium Pharaonis ad excellentem principem dominum Thebaldum Regem Bavarie*" (sic) „*inclitum Campanie ac Brie. Victorioso principi potestates aëreas debellanti domino Thebaldo dei gra regi nauarre magnifico campanie ac brie comiti palatino, Johannes suus advocatus Lemovicensis bonum certamen certare, et cursum feliciter consummare.*" Epistolae sunt viginti, sub persona Pharaonis ad Iosephum Iacobi Patriarchae filium exaratae. Harum octodecim priores e codice, Nicolaiburgi in Moravia a se reperto, edidit Wagenseilius cum *Epistola de Hydraspide Altorf. 1690. 4°.*, et in *Codicem pseudepigraphum V. T. tom. I. p. 441—496.* recepit I. Alb. Fabricius. Epistolae XVIII. clausulam, XIX. et XX. integras e codice bibliothecae Upsaliensis, ab Erico Benzelio descriptas, idem Fabricius in *Biblioth. med. et inf. lat. edit. Mansi. tom. IV. p. 91. ss.* edidit. Epistolae dedicatoriae praemittitur apud nos alia bene longa auctoris praefatio, quae in editionibus non est, tali initio: „*Aperi labia mea deus et tenebras loquentis illustra, ut sit efficax sermo meus, et aures demulceat auditorum.*" etc.

CCCLXXXII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XIV. foliorum 98, in folio. 3146. / U. 870.

Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae, cum Commento marginali et interlineari.

Inscriptio et subscriptio nulla. — Liber olim ad Thomam Haselbachium pertinuit.

CCCLXXXIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XIV. foliorum 109, in folio. 3152. / U. 869.

I. f. 1—21. Boethius de Disciplina Scholarium.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit Boecius de scolarium disciplina, scriptus per manus petri de Aquisgrani, conpletus in die sancti Lamberti epi Leodiensis.*"

II. f. 22—24. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius, An Omne quod est, Bonum sit? *Opp. edit. Basil. 1556. p. 963. ss.*

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit Boecius de Ebdomadibus.*"

III. f. 24 — 103. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit Boecius de philosophico.* „*Anno dñi M. CCC⁰ LXmo tercio, in die sancti egidii abbatis, per manus* „*Petri de Aquisgrani scolaris Wyenne.*"

IV. f. 104 — 108. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethii Confessio Fidei.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Explicit Boecius de articulis fidei* „*completus per manus petri de Aquisgrani in vigilia Joannis ante* „*portam latinam LX⁰ V^{to}.*" Libellus cum Boethio *de Consol. Philosoph. aliisque opusculis Lugd. Batav. 1656.* a Renato Vallino editus. Adhaeret in fine initium tractatus Boethii adversus Eutychen et Nestorium.

In fronte voluminis legitur: „*Reverendus Joannes Preuner* „*M. Melchiori Eysenhart legavit 1522.*"

CCCLXXXIV.

3252. / R. 1995. a. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XIV. foliorum 106, in quarto.*

I. f. 1—100. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae, cum glossis marginalibus et interlinearibus.

Inscriptio et subscriptio nulla.

II. f. 100 — 106. Aristotelis Secreta Secretorum ad Alexandrum Magnum.

Inscriptio et subscriptio nulla.

CCCLXXXV.

198. / Ph. 288. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. literis initialibus pictis, foliorum 69, in quarto.*

Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae.

Subscriptio: „*Explicit liber Boetii de philosophyca consolatione. Deo* „*gratias. Amen.*"

CCCLXXXVI.

74. / U. 868. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 62, in folio.*

Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae.

In theca haec leguntur: „*Istum librum* **Boetii** *de consolatione phylo-„sophie ego* **Petrus Bernardi Fabri de Rosenhaim** *dedi ad bi-„bliotecam collegii magistrorum in* **Wienna**, *perpetuis temporibus ibidem „remanendum. Anno dñi millesimo quadringentesimo sexto. P. B. R.*"

CCCLXXXVII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 142, in quarto. 3245. R. 1994. a.

I. f. 1—119. Anic. Manl. Torq. Severin. Boethius de Consolatione Philosophiae, cum Commento marginali.

Subscriptio duplex, altera in fine textus: „*Anicii Manli Severini „Boecii Exconsulis Ordinarii Patricii Phylosophye Consolationis Liber „quintus explicit, et integer. laus deo. Amen.*" — „*Boecius ab honora-„bili viro magistro Jacobo de flädnicz sacre theologie baccalario „formato est lectus in studio alme universitatis Wiennensis, Anno do-„mini M° 1459° papatus presidente Enea et Romano imperio imperante „Fridrico semper victoriosissimo.*" Altera ad calcem commenti: „*Et in hoc „est terminata summa venerabilis Boecii de consolatione philosophie, „anno domini 1462. secunda feria ante vigiliam urbani pape, actumque „in studio wiennensi sub magistro Nicolao de Aula rectore alme „universitatis, et decano Stephano de pruck, omnis laudis bene me-„rito, regnante imperatore Fridrico invictoriosissimo* (sic) *semper Au-„gusto Romanorum, et est scriptus per fratrem Gregorium in domo „Axpacensi.*"

II. f. 132—135. Pseudo-Senecae Liber de Remediis Fortuitorum ad Gallionem.

Inscriptio: „*Incipit libellus Annii Senece ad gallionem amicum „suum de remediis fortuitorum.*" Subscriptio: „*Explicit.*"

III. f. 135. v.—139. Martini Dumiensis seu Braccarensis Libellus de quatuor Virtutibus cardinalibus, qui vulgo Senecae tribuitur. *Biblioth. P. P. X. 382.*

Inscriptio: „*Incipit tractatus Senece de quatuor virtutibus cardina-„libus optimus.*" Subscriptio: „*Explicit Seneca de virtutibus cardina-„libus.*"

IV. f. 139. v.—142. Senecae Epistolae ad Paulum, et Pauli ad Senecam.

Inscriptio, S. Hieronymi de Seneca loco praemissa: „*Incipit libel-„lus Anni Senece de grecia nati continentissimi viri, qui paulo apo-„stolo misit epistolas et paulus ei.*" Subscriptio nulla.

In fronte codicis legitur: „*Iste liber est domus porte beate marie in* „*axspach ordinis carthusiensis in Austria.*"

CCCLXXXVIII.

262. / S. 434. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 37, in quarto.*

Commentarius in Boethium de Consolatione Philosophiae.

Incipit anepigraphus: „*Finito regno pannoniorum cui preerat attila rex* „*hunnorum, exercitus eius, qui de variis gentibus et barbaris collectus* „*erat, boemis scilicet, qui et dace vocantur, ungaris, pictis, gotis et aliis,* „*brevi tempore dilapsus est.*"

Commentarius noster diversus est ab eo, quem nuper e codice Vaticano cl. Mai (*Auct. class. e Codd. Vatic. tom. III. p. 331. ss.*) edidit.

CCCLXXXIX.

3126. / II. p. 477. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 87, in folio.*

I. f. 1—15. Prosperi Aquitani Chronicon.

Inscriptio: „*Cronica Prosperi incipit feliciter.*" Subscriptio: „*Cro-* „*nica Prosperi explicit feliciter.*" Textus cum editione Labbei *Biblioth. nov. mss. tom. I. p. 1—16.* bene conspirat.

II. f. 15. v.—31. Iornandis Historia de Rebus Gothorum.

Inscriptio: „*De origine actibusque Getarum incipit feliciter.*" Abrumpitur in his cap. 50. verbis: „*nam ibi admirandum reor fuisse spectaculum* „*ubi cernere erat contis* (sic) *pugnantem;*" quibus continuo adhaeret subscriptio: „*de origine getarum explicit feliciter.*"

III. f. 31. v.—43. v. Gesta Regum Francorum. *Duchesne Script. Hist. Francor. I. 692. ss.*

Inscriptio: „*In Christi nomine incipit liber sancti Gregorii Turo-* „*nensis episcopi gesta regum Francorum.*"

Codex editionibus auctior, historiam usque ad ann. 753. perducit.

IV. f. 43. v.—50. Einhardi Vita Caroli Magni.

Inscriptio: „*Incipit Gesta Karoli feliciter.*" Subscriptio: „*Explicit* „*gesta Karoli feliciter.*" Subiiciuntur Gerwardi bibliothecarii versus. Vid. Pertz *Monument. Hist. Germ. II. 438.* ubi etiam huius codicis in suos usus conversi, meminit.

V. f. 50—52. Historiae Apollonii Tyrii Compendium.

Inscriptio: „*Compendium libri Apollonii incipit.*" Subscriptio: „*Compendium Apollonii explicit feliciter.*" Est compendium libri, de quo infra Cod. CDV. 5. dicetur.

VI. f. 52. v.—87. Pauli Warnefridi Historiae Longobardorum Libri VI.

Inscriptio, praemisso capitum indiculo: „*Origo gentis longobardorum incipit feliciter.*" Subscriptio: „*Liber sextus in historia longobardorum explicit feliciter.*"

CCCXC.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 83, in quarto. 8233. / Th. 681.

I. f. 1—23. Prosperi Aquitani Epigrammatum Liber.

Inscriptio et subscriptio nulla, eius loco prooemium cum epilogo metricum, quod Denisius *Catalog. Codd. Theolog. I. 911.* integrum recitavit.

II. f. 23—61. Matthaei Vindocinensis Tobias.

Inscriptio: „*Incipit liber de vita thobie.*" Subscriptio: „*Explicit expletum, thobiam qui legit instet, Thobiam merita religione sequi.*"

De carminis editionibus vid. Leyseri *Hist. poet. lat. med. aevi p. 765.*

III. f. 61. v.—69. Anonymi Carmen de Pilato.

Inscriptio: „*Hic incipit vita pilati metrica.*" Subscriptio: „*Finis est anno dñi 1453. in 8va epiphanie.*" De carmine vid. supr. *Cod. CCLXXVII. 18.*

Subiicitur carmini congeries versiculorum moralium male cohaerentium, et epigrammata tria:

I. De vocibus animalium. Incipit:

„*Ut balatus ovis, sic esto rugire leonis,*
„*Ut latratus canis, baritus sit elephantis.*" etc.

II. De origine Germanorum.

„*Genti teutonicae mirabilis exstat origo,*
„*Ova tulit cygnus, qua fuit alta palus,*
„*Alnus et alta fuit; asinus piger ova recepit,*
„*Lepus contra fovit, hoc genus inde fuit.*
„*Cignus candentes et asellus monstrat inertes,*
„*Molles alta palus, sed proceros exprimit alnus.*

III. De origine Francorum.

„*Franciyene genti dispar datur ortus habendi;*
„*Flumina scrutanti cum pavo coisset anati,*

„*Ovum fera vie deponit in aggere trite,*
„*Dama quod inventum fovit caveis glacierum.*
„*Credite francigenas hinc prima quod extulit etas.*
„*Pavo decorantes, sed anas designat edaces,*
„*Flumen luxuriam, sterilem via publica terram,*
„*Ast frigus glacies, bene prodit dama fugaces.*"

IV. f. 69—83. Definitiones Logicae, Metaphysicae et Ethicae.

Nullius frugis, a ludimagistro in tabulas dispositae.

CCCXCI.

261. / R. 2182. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 75, in quarto.*

Alcimi Aviti Episcopi Viennensis Poematum Libri VI.

Inscriptio: *In hoc codice continentur Alcimi Aviti Viennensis „Episcopi Libri numero VI feliciter. De initio mundi liber primus. De „originali peccato liber II. De sentencia dei liber III. De diluvio mundi „liber IV. De transitu maris liber V. De consolatoria laude eastitatis „Liber VI.*

Coaeva manus nonnullas glossulas theotiscas adscripsit, quas Denisius *Catalog. Codd. theolog. II. 813. 814.* protulit.

CCCXCII.

188. / φ. 169. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, foliorum 65, in folio.*

I. f. 1—55. Fulgentii Planciadis Mythologiarum Libri III.

Inscriptio: „*Incipit prefatio Fulgentii episcopi ad Caium presbite-„rum Carthaginensem in librum Mitologiarum.*" Subscriptio: „*Explicit liber „III. Mitologiarum F. P. V. C. ad Caium Prbm Car.*"

II. f. 55—65. Fulgentii Planciadis Expositio Sermonum Antiquorum.

Inscriptio: „*Incipit expositio sermonum antiquorum Fulgentii Epi „ad Calcidium Grammaticum.*"

Fol. 65. adnectitur: Elenchus capitum librorum Mythologiarum.

Liber olim Ioannis Sambuci.

CCCXCIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 24, in octavo. 300. / φ. 399.

Fulgentius de Imaginibus Deorum Gentilium.

Inscriptio et initium: „*Incipiunt ymagines fulgencii. Refert fulgen-„tius de ornatu orbis, quod cum Romani multos deos coluissent, tandem „elegerunt solum racionem colere.*" Desinit mutilus: „*nam secundum ful-„gencium de tribus deabus, scilicet minerva, iunone et venere coram qui-„bus in silva.*"

Excerpta sunt e Fulgentio Planciade et aliis Mythographis, ab Alberici libello de Deorum imaginibus probe distinguenda.

Fulgentio Mythographus alios serioris aetatis subiungendos credidi.

CCCXCIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 70, in octavo. 272. / φ. 389.

I. f. 1—23. Incerti Expositio Fabularum Poeticarum.

Inscriptio et subscriptio nulla. Initium praevio capitum indice: „*Ache-„lous fluvius certavit cum hercule, quod deianiram filiam penei uxorem ha-„beret, quam ipse amavit.*" Plura de hoc Mythographo dixit cl. Ottfridus Müller in *Götting. gel. Anzeig. 1834. p. 1030. ss.*

II. f. 24—39. Excerpta ex Isidori Hispalensis Originum Libris.

Excerpta ad rem mythologicam potissimum spectant.

III. f. 40—56. Platonis Timaeus, Chalcidio interprete.

Inscriptio nulla. Subscriptio: „*Timeus Platonis explicit feliciter.*" Quaedam folia avulsa, a manu saec. XVI. suppleta sunt.

IV. f. 56. v.—70. Martiani Capellae de Nuptiis Philologiae et Mercurii Libri II.

Inscriptio: „*Marciani Minii felicis capelle liber primus in-„cipit.*" Subscriptionem nonnemo saeculo XVI. addidit: „*Explicit aurea „lingua vel angelicus doctoris Bragurdini.*"

CCCXCV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 44, in quarto. 260. / U. 515.

Alberici Expositio Fabularum Poeticarum.

Inscriptio nulla. Subscriptio: *„Explicit hic liber, reddat promissa ma-„gister."*

Alberici expositionem nuper in lucem protraxit Angelus Maius *Auct. class. e Codd. vatican. tom. III. p. 161. ss.* qui ex Ioannis Alexandri Brassicani testimonio, Leontium quendam auctorem facit; Albericum esse ostendit cl. Fr. Iacobs *in Zeitschrift für Alterthumswissenschaft, 1834. p. 1059.* Textus noster vaticano paullo est contractior, sed habet proemium, quod hisce diebus e codice Gothano edidit idem Fr. Iacobs *(Beiträge zur älteren Literatur, oder Merkwürdigkeiten der herzogl. öffentlichen Bibliothek zu Gotha. p. 202. ss.)* Ceterum moneo codicem nostrum olim ad Ioannem Alexandrum Brassicanum pertinuisse, et Leontii nomen, quod alias in codice non legitur, in theca a bibliopego exstare expressum.

CCCXCVI.

2455. / φ. 269. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIII. foliorum 34, in octavo.*

Adami de Dorien Fabularius.

Inscriptio et initium prologi, madore pluribus in locis ita corrupti, ut nonnulla exigui tamen momenti extricari non possint: *„Incipit Fabularius. consi-„derans fabularum prolixitatem . . . . diversitatem . . . . scolarium quo-„que . . . . studium genealogye que maxime in auctorum fundamento ver-„satur curiositatem negligentia quoque quadam que ex inopia librorum im-„peritiam . . . . volentiumque . . . . in genealogiae queque fabularum que „non solummodo in ovidianis sed quoque in aliis auctoribus sunt disperse „breviter et compendialiter . . . . genealogias . . . . fabulas per varia „auctorum volumina sparsa, ego Adam de Dariensi civitate hy-„bernie oriundus, in sciencia tam genealogie quam fabularum pervalidus „prece sociorum compulsus, satis diligenter in unum opusculum redigere „dignum duxi."* Totum opus ut ex fine prooemii liquet, in XV libros (Ovidium secutus) auctor divisit, cuius tamen nonnisi octo priores et noni pars codici, fine truncato insunt. Initium libri primi tale est: *„Quatuor primum „elementa fuerunt in chao et in generali confusione"* etc. Adamum Dorensem Cisterciensem abbatem, cuius apud Fabricium *Biblioth. lat. med. et infr. lat. ed. Mansi I. p. 8.* memoriam video, auctorem suspicor.

CCCXCVII.

109. / R 2117. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 35, in folio minori.*

I. f. 1—9. v. Poetae Christiani Genealogia Deorum, carmine hexametro, verss. 473.

Inscriptio: „*Genealogia deorum.*" Incipit:

„*Jane biceps qui Clusius atque Patulcius idem*
„*Nomen habes, Carna dea cardinis est tua coniux.*
„*Haec tamen Argione solet a plerisque vocari,*"
„*Daemonibus Gorgon, hoc est terror, Daemogorgon*
„*Dicitur, ad cuius nomen tellus tremit, isque*
„*De Tellure dea terrae fertur genuisse*
„*Tres Parcas; Clothon, Lachesin simul Atropon, et iam*
„*Insuper ex isto Daemogorgone fingitur esse*
„*Orion genitus. Tamen Orion fuit alter,*
„*Cui genus et nomen confert urina deorum.*" etc.

Finis:

„*Ilia vestalis vim Martis passa gemellos*
„*Edidit, adque prior Remus est et Romulus alter,*
„*Occisor fratris, Romanae conditor urbis.*
„*Hinc stat Romani Tatius regni moderator,*
„*Quoi Numa Pompilius successit legis amator.*
„*Tullius hinc Hostilius, et post hunc subit Ancus,*
„*Post quem Tarquinius priscus: quoi Tullius ille*
„*Servius ex serva genitus subit, inde Superbus*
„*Tarquinius, quoi Julius: huic Augustus: et illi*
„*Tiberius; Christum sub quo legimus cruci fixum.*
„*Tiberium sequitur Caius: quoi Claudius acer,*
„*Huic Nero crudelis, quoi Galba, sed huic subit Otho,*
„*Hinc Vitellius est, post quem stat Vespasianus,*
„*Filius hinc Titus, quoi frater Domitianus,*
„*Hinc quoque Nerva senex, sed Traianus subit illi,*
„*Ispani generis sedet Aelius hinc Adrianus.*
„*Hinc Antoninus Pius est, post hunc quoque vetus*
„*Antoninus habet regnum, sed Lucius illi*
„*Est Antonius successor in ordine regum.*"

II. f. 9. v.—17. E Dione Cassio Oratio M. Antonii in funere Iulii Caesaris, per Baptistam Guarinum translata, cum eiusdem praefatione ad Nicolaum Estensem.

Inscriptio praefationis: „*Baptista Guarinus illustrissimo domino* „*Nicolaö Estensi salutem.* Incipit: „*Sepenumero a me postulasti beni-* „*gnissime princeps, imo ex tuo in me iure michi mandasti, ut dionem qui* „*romanam historiam accuratissime greco sermone perscripsit, tibi latinum* „*facerem.*" etc. Inscriptio orationis: „*Oratio ex Dione quam M. Antonius* „*in funere Caesaris acerbo fecit, per Baptistam Guarinum tra-* „*ducta.*" Initium: „*Si privatus Caesar diem suum obiisset Quirites, et* „*ego in privata parte degerem.*" etc.

III. f. 17—35. Baptistae Guarini Oratio scholastica in apertione Gymnasii Ferrariensis anno 1453. habita.

Inscriptio: „*Oratio Baptiste Guarini in inchoando foelici Fer-„rarine Gymnasio habita anno xpi M. CCCC. L. III. incipit.*" Initium: „*Cogitavi plerumque reverendi presules, illustrissimi principes, rectores „ornatissimi, vosque ceteri doctores ac viri eruditissimi, quotiens de rebus „arduis ac difficilibus orationem publice haberi contingat.*" etc.

Codex olim Corvinianus, armis Hungariae in theca signatus, deinde Conradi Celtis cuius monogramma fronti adscriptum est, tandem e dono Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis ad bibliothecam universitatis pervenit.

CCCXCVIII.

250. / U. 504. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. foliorum 82, in quarto, praecedentis apographum.*

I. f. 1—11. Poetae Christiani Genealogia Deorum, carmine hexametro, verss. 473.

II. f. 11. v.—82. Baptistae Guarini Oratio scholastica in apertione Gymnasii Ferrariensis anno 1453. habita.

Pertinuit olim ad Ioannem Gremperium, deinde fuit Cuspiniani, tandem munificentia Ioannis Fabri Episcopi Vindobonensis bibliothecae universitatis accessit.

CCCXCIX.

243. / Th. 578. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. foliorum 43, in quarto.*

Aratoris Subdiaconi Historia Apostolica.

Inscriptio: „*Incipit liber Aratωrys.*" Addita est ab alia manu, aeque vetusta, nota sequens: „*Subdiaconus fuit iste arator, et istud opus co-„ram cesare et omni senatu legebatur et honorifice susceptum est ab omni-„bus, specialiter ab erudito floriano.*"

Sequuntur carmina ad Florianum Abbatem et ad Vigilium P. M. absque inscriptione, tandemque ipsum poema, haud in libros divisum, tali inscriptione: „*De scelere Judeorum quod in dominum perpetraverunt.*" Subscriptio: „*Explicit liber Aratωris.*"

CD.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 43, in octavo minori. 186. / S. 10. f.

Aratoris Subdiaconi Historia Apostolica.

Inscriptio in fronte libri a manu saeculi XV. exeuntis: „*Aratoris* „*Poetę Brixiani in actus Apostolorum prefatio.*" Subscriptio ab eadem manu: „*Hic finem habent actus Apostolorum heroico carmine decantati,* „*per eximium Poetam Aratorem Brixianum, anno domini 544,* „*presidente naviculę Petri Papa Vigilio et Justino Cęsare secundo feliciter* „*imperante.*" — Primis 13 foliis glossae a manu saeculi XIV. adscriptae sunt.

In theca codicis possessor haec adnotavit: „*Johannis Matthiae Ty-* „*berini liber, emptus pretio L. 3. g. 4. 1482. 24. Septembris in civitate* „*brixiana. Iste liber olim fuit Magistri Johannis de Scarambellis* „*de Pandino, qui brixianam habitabat et obiit: pervenit ad manus meas per* „*Zan Franciscum Pezanum civem Brixiae et bonorum prefati me-* „*dici per dimidiam heredem. Johannes Matthias.*" — Ioannem Matthiam Tyberinum apud Ioannem Hinderbachium episcopum Tridentinum archiatri munere functum fuisse, e *Monument. Trident. tom. III. p. 155. 160. 421. 425.* intelligo.

Codicis nostri olim in bibliotheca episcopali Tridentina servati meminit Gentilottus *Monument. Trident. III. 384.*

CDI.

Codex manuscriptus membranaceus, foliorum 130, in octavo, e diversae aetatis manuscriptis consutus. 275. / φ. 326.

I. f. 1—25. Saec. XII. Aratoris Subdiaconi Historia Apostolica.

Divisum est poema in duos libros, quorum prior, praemissis ad Florianum Abbatem et ad Vigilium P. M. carminibus, ita inscribitur: „*Incipit historie apostolice Aratoris liber prior.*" Desunt in fine versus 265. Margo glossis est obsitus.

II. f. 26—45. Saec. XII. Tractatus de Computo ecclesiastico.

III. f. 46—66. Saec. XIII. Collectio diversarum Precum.

In fine haec nota legitur: „*Hic libellus fuit cuiusdam honesti sacerdotis* „*et devoti, quondam rectoris puerorum in calv, similiterque fuit ibidem* „*natus et burcardus nomine dictus, qui etiam postmodum capellanus* „*erat in hainshaim sancte agnetis virginis et martiris, ubi et sepultus*

„est, per suum discipulum fratrem Johannem quondam miserum, huc „est delatus anno domini M. CCC. L. ante ascensionem domini."

IV. f. 67 — 91. Saec. XI. M. T. Ciceronis Laelius sive de Amicitia.

V. f. 91 — 92. Saec. XI. Fragmentum Logicae erotematicae, partim latinae partim theotiscae.

Incipit: *„Quot sunt partes logicę? Quinque secundum Aristotelem."* Vid. Hoffmann Fundgruben II.

VI. f. 93 — 130. Saec. XI. Aratoris Subdiaconi Historia Apostolica.

Deficiunt ultimi 65 versus.

CDII.

285. / Th. 712. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 38, in octavo.*

Aratoris Subdiaconi Historia Apostolica.

Praeter epistolas ad Florianum Abbatem et Vigilium Papam, praemittitur prooemium quod Denisius *Cat. Codd. theolog. I. 424.* integrum recitavit. Subscriptio: *„Explicit liber aratoris subdiaconi, codicis hic „finis laudem dicamus et heli."* Plurima folia e veteri Missali rescripta sunt.

CDIII.

3279. / U. 636. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XVI. ineuntis, foliorum 149, in octavo minori.*

I. f. 1 — 61. Aratoris Subdiaconi Historia Apostolica.

Praemissis ad Florianum et Vigilium praefationibus, inscriptio: *„Aratoris subdiaconi ecclesię romanę incipit hystorię apostolicę liber „primus."* Subscriptio:

„Versibus egregiis decursum clarus Arator
„Carmen apostolicis cecinit insigne coronis,
„Historiamque prius proponens cautus ubique,
„Substituit typicę sensatim verba figurę.
„Lingua canora bonum testatur iure poetam,
„Mysticus ingenium sic indicat ordo profundum."

Succedit narratio de operis oblatione et recitatione (*Biblioth. PP. Lugd. X. 125.*) a Denisio *Catalog. Codd. theolog. II. 861.* pluribus in locis e nostro codice emendata, et carminis argumentum de quo consule Denisium *l. c.*

II. f. 72—147. Alcimi Aviti Episcopi Viennensis Carminum Libri VI.

Inscriptio libri primi: „*Incipit liber Alcimi Aviti Viennensis episcopi de inicio mundi.*" Subscriptio libro ultimo ab alia manu addita:

„*Alcimus hec lubrico texi que carmina versu,*
„*Primis iam brevibus sed sena volumina pennis*
„*Conscripsi en celeris deno sub lumine solis.*"

III. f. 148—149. Pseudo-Cypriani Carmen de Ligno Crucis. *Cypriani Opp. edit. Felli. Amst. 1700. p. 139. s.*

Inscriptio: „*Cecilii Cypriani epi Carthaginensis de ligno crucis carmen.*" In fine manu Ioannis Cuspiniani legitur: „*Inveni in antiquissimo codice, sed non legibili propter etatem, quod magna pars corrosa erat, elegantissimum carmen Cecilii Cipriani de resurrectione, quod quia transscribere non potui, ingemui sepe et dolui, doleam donec alterum exemplar se mihi offerat.*" Innuit carmen de Resurrectione, Cypriano et Tertulliano adscriptum, quod post Georg. Fabricium (*Collect. Poet. christ. p. 256.*) et Rigaltium (*Tertulliani Opp. edit. Paris. 1634. c. 808.*) emendatius protulit Martenius (*Vet. Script. et Monument. Collect. ampliss. Paris. 1733. tom. IX. col. 1. s.*)

Codex olim Ioannis Cuspiniani, qui thecae versiculos, quos supra e *Cod. CCLXXXIII.* recitavimus, inscripsit. Dono Ioannis Fabri episcopi Viennensis bibliothecae universitatis accessit.

CDIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. foliorum 150, in quarto. 203. H. p. 652.

I. f. 1—79. Iornandis Historia de Rebus Gothorum.

Inscriptio: „*Incipit de origine actibusque Getarum,*" et a manu recentiori: „*historia Jornandis.*" Subscriptio nulla.

II. f. 79. v.—80. Excerptum ex Historia Gallica.

Exstat e nostro codice editum apud Lazium *Comm. Reip. Rom. c. VIII.* et M. Welserum *Opp. p. 850. 851. coll. 219. 817. 840.* cfr. Iac. Grimm *deutsche Mythologie. p. 184. s. et 695.*

III. f. 80. v.—150. Iornandes de Regnorum et Temporum Successione.

Inscriptio a manu saeculi XV.: „*De origine Regni Romani.*"

CDV.

226. / U. 690. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 116, in quarto.*

I. f. 1—47. v. Iornandis Historia de Rebus Gothorum.

Inscriptio: „*Incipit de origine actibusque Getarum Hist. Jornandi.*"

II. f. 47. v. Excerptum ex Historia Gallica.

Vide supr. *Cod. CDIV. 2.*

III. f. 49—91. Iornandes de Regnorum et Temporum Successione.

Inscriptio nulla.

IV. f. 92—107. Lucii Septimii sive Daretis Phrygii Historia Troiana.

Inscriptio: „*Incipit historia Daretis Phrigii de excidio Troie.* „*Cornelius Nepos Salustio Crispo suo salutem.*"

V. f. 107—116. Historia Apollonii Tyrii.

De hac historia, quam primus edidit M. Welserus (*Narratio eorum quae contigerunt Apollonio Tyrio. Ex membranis vetustis. Augustae Vindelicorum, ad insigne Pinus. 1595. 4°.*) vid. Fabric. *Biblioth. graec. edit. Harles III. 539.* et cfr. Meinert in *Wiener Jahrb. der Literat. Anz. Bl. XXII. p. 62.*

Codex olim ad Ioannem Cuspinianum pertinuit, estque ex illorum numero qui munificentia Ioannis Fabri episcopi Vindobonensis bibliothecae universitatis accesserunt.

CDVI.

451. / H. p. 600. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XI. foliorum 19, in folio.*

I. f. 1—13. Annales Fuldenses.

De uberrimo hocce Fuldensium annalium exemplo post cl. Pertz (*Monument. Hist. Germ. tom. I. p. 341.*) dicere, supersedeo.

II. f. 14—18. Iornandes de Regnorum et Temporum Successione.

Inscriptiones: „*Incipit prologus Jordanis.*" et „*Incipit hystoria Ro*„*mana.*" Subscriptio nulla. Finis in Antonii et Cleopatrae interitu.

III. f. 18—19. Sexti Rufi de Gestis Romanorum Libellus.

Inscriptio et subscriptio nulla.

CDVII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 251, in quarto. 3221. R. 2129.

I. f. 1—108. Leonardus Aretinus de Bello Italico adversus Gothos.

Inscriptio: „*Incipit translatio nova leonardi aretini de bello italico ad„versus gothos gesto.*"

II. f. 109—171. Iornandis Historia de Rebus Gothorum.

Inscriptio: „*Incipit de origine actibusque Getharum historia Jornandis.*"

III. f. 171—172. Excerptum ex Historia Gallica.

Inscriptio: „*De historia Teutonicorum.*" Vid. supr. *Cod. CDIV. 2.*

IV. f. 173—196. Lucii Septimii sive Daretis Phrygii Historia Troiana.

Inscriptio: „*Incipit historia daretis phrigii de excidio Troie.*"

V. f. 197—251. Iornandes de Regnorum et Temporum Successione.

Inscriptio: „*De serie regum, quando regnum a Romulo in Augustum „octavianum et deinde in Justinianum pervenerit et de subversione regni „Grecorum.*" Subscriptio: „*Amen 1447. ipsa die carnisprivii finitus.*" In fronte voluminis legitur: „*Johannes Fuchsmagen doct. a mgro. „Achacio pehaim accepit.*"

CDVIII.

Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 110, in folio. 3129. S. 33. b.

I. f. 1—40. Iornandes de Regnorum et Temporum Successione.

Inscriptio et subscriptio nulla.

II. f. 41—60. Historia Apollonii Tyrii.

Inscriptio et subscriptio nulla. Vid. supr. *Cod. CDV. 5.*

III. f. 63—110. Iornandis Historia de Rebus Gothorum.

Inscriptio nulla.

Codicis margines notulis manu Ioannis Hinderbachii episcopi Tridentini scriptis conspersi sunt. Vid. Gentilottum in *Monument. Trident. III. 384.*

CDIX.

138. H. p. 599. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XV. literis initialibus pictis, fol. 1. et in theca Matthiae Corvini armis ornatus, foliorum 73, in quarto.*

I. f. 1—16. Marcellini Comitis Illyricani Chronicon.

Inscriptio: „*Incipit prooemium Marcellini super cronica sua, et que* „*sequuntur ex ipsius cronica deflorata sunt.*" Plurimi consulatus a defloratore praetermissi fuerunt.

II. f. 17—34. Gennadius de Scriptoribus ecclesiasticis. *Fabric. Bibliothec. eccles. p. 2.*

Inscriptio: „*Incipit liber sancti Gennadii epi Massiliensis de illustribus* „*viris.*" Subscriptio; „*Explicit liber sancti Gennadii Massiliensis epi* „*de illustribus viris.*"

III. f. 35—47. Isidori Hispalensis Catalogus illustrium Virorum.

Inscriptio: „*Beatissimi ac egregii viri Isidori Ispalensis Archiepi* „*de illustribus viris liber incipit.*" Subscriptio: „*Explicit liber sci Isydori* „*epi Hysalensis de viris illustribus.*"

IV. f. 47. v.—55. Ildefonsi Toletani de Viris illustribus Liber.

Inscriptio: „*Beatissimi Ildefonsi Toletane civitatis archiepi de illu-* „*stribus viris liber incipit.*"

V. f. 55—73. Isidori Hispalensis Vitae Patrum.

Inscriptio: „*Egregii viri Isydori Ispalensis epi de ortu vita et* „*obitu sanctorum patrum, qui in veteri et novo testamento virtutibus cla-* „*ruerunt liber incipit.*" Subscriptio: „*Explicit liber beati Isydori de* „*ortu et vita et obitu sanctorum patrum veteris ac novi Testamenti A. D.* „*M. CCCC. LXXI.*"

Codex est ex eorum numero quos ann. 1540. Ioann. Faber episcopus Vindobonensis bibliothecae universitatis legavit; pertinuit deinde ad Ph. de Croy, qui ann. 1546. nomen suum inscripsit. Nobis ex arce Ambras (No. 257.) accessit.

CDX.

121. φ. 113. *Codex manuscriptus membranaceus, saeculi IX. diversarum manuum, per binas columnas exaratus, foliorum 157, formae quadratae.*

Isidori Hispalensis Originum Liber XIV—XX.

Alia est in codice librorum et capitum series, oratione etiam passim a textu, qualem in editionibus habemus discrepante, adiecta plerumque moralisatione. Liber XII. et XIII. codicis = Libr. XIV. edit. — Lib. XIV = XV. — Lib. XV = VIII. cap. 6—11. — Lib. XVI = IX. cap. 1—3. — Lib. XVII = XVI. cap. 1—24. — Lib. XVIII = XVI. cap. 25—27. III. cap. 14—21. IV. cap. 1—5. — Lib. XIX = XVII. cap. 2—9. — Lib. XX = XVIII. XIX. cap. 1—7. — Lib. XXI = XIX. cap. 8—33. — Lib. XXII = XX. cap. 1—9. Inscriptiones per totum codicem non aliae nisi: „*Incipit liber XII.*" etc. Subscriptio: „*Anno incarnationis domini DCCCLII. ego berahtram in-*„*dignus sacerdos hunc librum vitio scriptorum mendosum recitaui uuor-*„*maciae. eodem anno basilica sci petri ibidem restaurata est.*" In fronte a manu vetusta: „*Codex sce uirginis lympurgensis cenobii spiren-*„*sis dyocesis.*" Eadem manus thecae sequentes adscripsit versiculos:

„*Nos lymburg vere virgo lucia tuere,*"
„*Cuius nos vere brachium gaudemus habere.*"

Alia saeculo XIII. addidit:

„*Presbiter atende, capias hec dogmata mente,*
„*Hec tibi norma datur, per quam tua vita regatur;*
„*Sobrius et castus sis, sancto dogmate pastus,*
„*Iram tu vites, fugias propter quod lites.*
„*Non sis potator, nec turpi lucris*" (sic) „*amator.*
„*Canonicas bene dicit; canto cicius deus audit,*
„*Ne te cum iuda dampnat sentencia iusta.*"

Denique regula additur diaetetica:

„*Post ovum molle magnum haustum ter tolle,*
„*Post durum bis, si longo tempore vivere vis.*"

Thecae adhaeret fragmentum codicis saeculi XII. Prisciani *Institut. Libr. II. cap. X.* particulam continens.

CDXI.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 174, in folio. 67. / φ. 62.

I. f. 1—168. Isidori Hispalensis Originum Libri XX.

Praemissis Isidori ad Braulionem et Braulionis ad Isidorum epistolis, fol. 2. r. inscriptio: „*Incipiunt libri Ysidori iunioris spalen-*„*sis episcopi ad braulionem cesaraugustanum episcopum, vel ad sisebutum*„*scilicet dominum et filium scripti*" cui summarius librorum index est subiunctus. Subscriptio libri ultimi: „*Explicit ethimologiarum liber XX.*"

II. f. 168—170. Incerti Aenigmata Metrica LVII.

Quamvis eosdem fere titulos praeferant haec aenigmata, tamen tam a Symposii, quam ab Althelmi Sciréburensis aenigmatibus penitus

sunt diversa. Inscriptio: „*Incipiunt questiones enigmatum artis rethoricę* „*claro ordine dictatę.*" Speciminis loco sint aenigma primum et secundum:

„*De olla.*"

„*Ego nata duos patres habere dinoscor,*
„*Prior semper manet, alterque morte finitur.*
„*Tertia me mater duram mollescere cogit,*
„*Et tenera gyro formam assumo decoram.*
„*Nullum dare victum frigenti corpore possum,*
„*Callida sed cunctis salubres porrigo pastus.*"

„*De sale.*"

„*Me pater ignitus ut nascar creat urendo,*
„*Et pia defectu mater me donat ubique,*
„*Is qui dura solvit, hic me constringere cogit.*
„*Nullus me solutam, cuncti requirunt ligatam.*
„*Opem fero viris, opemque reddo defunctis,*
„*Sine me patria mundi nec ulla valebit.*"

III. f. 170—173. Incerti Tractatus de Computo.

Incipit: „*De mundi principio. Quando factus est mundus? Ini-* „*tio creatarum dierum. — In quo die? In diebus mensis. — Et in quo die?* „*In diebus septimanę. — Et in quo anno et in quo tempore? Si in die anni* „*nocte. — Et in qua hora interrogamus? In equinoctio, et in die domi-* „*nico, et in communi anno, secundo in ogdoade, et in prima hora creatus* „*est, et in momento oculi.*" etc. Vid. infr. *Cod. CCCCXIV. 8.*

IV. f 174. Sphaera Divinatoria Pythagorica.

Brevis huius sphaerae explicatio incipit: „*Ratio sperę pytagorę quam* „*apollogius philosophus describit.*"

Codex olim monasterii Gottwicensis in Austria inferiore, quemadmodum id docent vetustae inscriptiones: „*Ysidorus de Choetwico,*" et „*Iste liber pertinet ad Choetwicum.*"

CDXII.

714. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 165,*
R. 927. *in folio.*

Isidori Hispalensis Originum Libri XX.

Praemissis Isidori ad Braulionem, et Braulionis ad Isidorum epistolis, inscriptio: „*Incipiunt libri Ysidori iunioris spaniensis* „*epi ad Braulionem cesaraugustanum epm scripti.*" Subscriptio libri ultimi: „*Explicit liber aethimologiarum.*"

CDXIII.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 143, in folio. 683. / S. 430.

Isidori Hispalensis Originum Libri XX.

Inscriptio Isidori et Braulionis epistolis praemissa: „*In nomine* „*dni nri ihu xpi. Amen. Incipit liber ethimologiarum beatissimi ysidori* „*iunioris ecclesie hispalensis epi, ad Braulionem epm scriptus. Inci-* „*piunt eple in subsequentibus huius operis libris.*" Epistolas excipit capitum totius operis index, hac inscriptione: „*Ut valeas que requiris cito in* „*hoc corpore invenire hec tibi lector pagina monstrat.*" Subscriptio libri ultimi: „*Explicit codex ethimologiarum sci ysidori ispalensis epi. Deo* „*gracias amen.*"

CDXIV.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi XIV. foliorum 233, in folio. 2285. / R. 2286.

I. f. 1 — 205. Isidori Hispalensis Originum Libri XX.

Praemisso capitum elencho, et rerum memorabilium indice alphabetico, tandem f. 41. Isidori et Braulionis epistolae, quas excipit inscriptio: „*Incipiunt libri ysidori minoris spalensis epi ad Braulionem cesar-* „*augustanum epm, vel ad Sisebutum suum, scilicet dominum et filium* „*scripti.*" Subscriptio nulla.

II. f. 206 — 208. Incerti Aenigmata Metrica LVII.

Inscriptio: „*Incipiunt questiones enigmatum artis rethorice claro ordine* „*dictate.*" Vid. supr. *Cod. CCCCXI. 2.*

III. f. 208. v. — 211. Incerti Tractatus de Computo.

Inscriptio: „*De mundi principio.*" Subscriptio: „*In hoc vero libro que-* „*ritur in quadam brevi tabula quasdam celi causas situsque terrarum et* „*maris spacia annotavimus, ut in modico ita lector percurrat, et conpen-* „*diosa brevitate ethymologias eorum causasque cognoscat, quem pre inva-* „*litudine et inbecillitate corporis emendare non potui. Explicit liber Ethy-* „*mologiarum ysidori spalensis epi.*" Vid. supr. *Cod. CCCCXI. 3.* Solent adscribere librarii Isidoro tractatum de computo, de quo vide Arevali *Isidoriana Rom. 197. III. 75. et 234.*

IV. f. 212. Sphaera Divinatoria Pythagorica.

Vid. supr. *Cod. CCCCXI. 4.*

V. f. 212. v. — 233. Isidori de Differentiis Verborum Libri II.

Inscriptio summario capitum libri primi indici praemissa: „*Incipiunt*

„*differentie* Y s i d o r i m i n o r i s *spalensis epi.*" — „*Incipit liber primus.* „*Inter Deum et dominum ita quidam diffiniverunt.*" etc. (I s i d o r. *Opp. edit. du* B r e u l. *Paris. 1601. p. 291—804.*) Subscriptio: „*Explicit liber* „*differentiarum primus. — Incipit* Y s i d o r i *eiusdem secundus. Plerique* „*veterum sermonum differencias distinguere statuerunt.*" (*Edit. cit. p. 741 —776.*) Cfr. A r e v a l i *op. cit. 453. ss.* Ordo alphabeti passim est turbatus.

In fronte codicis legitur: „*Hunc librum testatus est monasterio* s a n c t e „d o r o t h e e *dns* A n d r e a s P l a n k c h *plebanus in* G o r s, *cancellarius* „*domini principis et fundator supranotati monasterii.*"

CDXV.

804. / Th. 460. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi XII. foliorum 183, in quarto.*

I. f. 1—80. Glossae in Vetus et Novum Testamentum.

Initium: „*Quid primum inquirendum sit in libro. Primum inquirendum* „*est omnium librorum tempus, locus, persona, et quare non XII ewange-* „*lia recipiantur, nisi IV.*" etc.

II. f. 81—104. Expositio Hymnorum cum Commento.

Inscriptio nulla. Opusculum sub artis typographicae incunabulis (*Coloniae, 1492. 4º. etc.*) saepius impressum.

III. f. 105—135. Isidori Hispalensis de Differentiis Verborum Libri II.

Initium libri I.: *Incipit liber differenciarum ysidori spalensis episcopi.* „*Inter Deum et Dominum ita quidam diffiniverunt.*" etc. (I s i d o r i *opp. edit. du* B r e u l *Paris. 1601. p. 291—804.*) — „*Explicit liber primus.* — „*Incipit liber secundus differenciarum* Y s i d o r i. Y s i d o r u s *lectori sa-* „*lutem. Plerique veterum sermonum differencias distinguere studuerunt.*" etc. (*Opp. edit. cit. p. 741—776.*) Subscriptio: „*Explicit.*" Textus ab editione plurimis in locis, serie alphabeti etiam passim turbata, recedit.

IV. f. 136. Pseudo-Ciceronis Synonyma ad Victurium.

Inscriptio a secunda manu: „*Liber synonimorum,*" a tertia vero: „*Syno-* „*nyma* y s i d o r i u s *videtur.*"

Obiter moneo P s e u d o - C i c e r o n i s hunc librum Synonymorum tali initio: „*Abditum, opertum, obscurum*" etc., ab alio libro qui C i c e r o n i s de proprietatibus terminorum in codicibus inscribitur et incipit: „*inter polli-* „*cere et promittere hoc interest*" etc., qui inter I s i d o r i H i s p a l e n s i s *Opp. edit. cit. p. 281—291.* exstat, probe esse distinguendum.

V. f. 145—150. Gregorii Magni Praefatio in Ezechielem. *Opp. edit. Maurin. Paris 1705. I. 1173. s.*

Inscriptio: „*Gregorius de prophetiis.*" Subscriptio: „*Explicit prefatio beati gregorii pape super librum Ezechielis prophete.*"

VI. f. 150—157. Excerpta ex Isidori Hispalensis Originum Libris.

VII. f. 157—160. Fulgentii Planciadis Expositio Sermonum Antiquorum.

Inscriptio: „*Expositiones diversorum vocabulorum.*" Praefatio abest.

VIII. f. 160—183. Expositiones Vocabulorum.

Immixtae sunt expositionibus latinis theotiscae, a duumviris clarissimis Graffio et Hoffmanno Fallerslebensi publici iuris factae.

F. 160. „Expositiones vocabulorum." (Graff *Diutiska III. 143.*) — F. 163. „Incipit Abecedarius" (Graff *l. c. 144—147.* Hoffm. *Summerl. 25—29.*) — F. 170. „Greca nomina domini." (Graff *l. c. 147.* Hoffm. *l. c. 29.*) — F. 172. „De angelis." „De demonibus. Interpretationes nominum." — F. 174. „De ordinibus." — F. 175. „De lineamentis hominis." (Graff *l. c. 147—148.* Hoffm. *l. c. 29—31.*) — F. 176. „De propinquis." (Graff *l. c. 148.* Hoffm. *l. c. 31.*) „De vestibus." (Graff *l. c. 148.* Hoffm. *l. c. 31.*) — F. 177. — „De agricultura." (Graff *l. c. 149.* Hoffm. *l. c. 32.*) — „De instrumentis coquine." (Graff *l. c. 149.* Hoffm. *l. c. 32.*) — „De vasis cellarii." (Graff *l. c. 149.* Hoffm. *l. c. 32.*) — „De instrumentis textrine." (Graff *l. c. 150.* Hoffm. *l. c. 33.*) — „De instrumentis calcificum." (Graff. *l. c. 150.* Hoffm. *l. c. 33.*) — „De lectisterniis." (Graff *l. c. 150.* Hoffm. *l. c. 33.*) — F. 178. „De domibus." (Graff *l. c. 150.* Hoffm. *l. c. 34.*) — „De stabulis." (Graff *l. c. 150.* Hoffm. *l. c. 34.*) — „De cibariis." (Graff *l. c. 151.* Hoffm. *l. c. 34.*) — „De utensilibus selle." (Graff *l. c. 151.* Hoffm. *l. c. 34.*) — „De tentoriis." (Graff *l. c. 151.* Hoffm. *l. c. 35.*) — „De artificio mulierum." (Graff *l. c. 151.* Hoffm. *l. c. 35.*) — „De artificio fabrorum." (Graff *l. c. 152.* Hoffm. *l. c. 35.* — F. 179. „De instrumentis navium." — „De armatura." (Graff *l. c. 151.* Hoffm. *l. c. 35. 36.*) — „De ornamentis ecclesie." (Graff *l. c. 152.* Hoffm. *l. c. 36.*) — „Nomina civitatum." — „Nomina domorum." (Graff *l. c. 152.* Hoffm. *l. c. 36.*) — F. 180. „De hospiciis." — „Nomina librorum." (Hoffm. *l. c. 37.*) — „De figuris." — F. 181. „De animalibus." (Graff *l. c. 153.* Hoffm. *l. c. 37.*) — „De vocibus ferarum." — „De avibus." (Graff *l. c. 155.* Hoffm. *l. c. 38.*) — „De garritu avium." — „Nomina priscium." (Graff *l. c. 154.* Hoffm. *l. c. 38.*) — F. 182. „Nomina lignorum." (Graff *l. c. 154.* Hoffm. *l. c. 39.*) — „Nomina herbarum et radicum." (Graff *l. c. 155.* Hoffm. *l. c. 39—40.*) — F. 183. „De propinquis." (Graff *l. c. 156.* Hoffm. *l. c. 41.*) — „De condicione." (Graff *l. c. 156.* Hoffm. *l. c. 41.*) —

»De truncatis.« (Graff *l. c. 157.* Hoffm. *l. c. 42.*) — »De variis utensilibus.« (Graff *l. c. 157.* Hoffm. *l. c. 42—43.*) — *»Explicit vocabularius.«*

In fronte codicis legitur: *»Iste liber est monasterii sancti floriani »pataviensis dyocesis.«*

CDXVI.

5351. / U. 996. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XIV. foliorum 293, in folio.*

Isidori Hispalensis Originum Libri XX.

Praemissis Isidori et Braulionis epistolis, inscriptio: *»Incipiunt »libri Ysidori iunioris spaniensis epi ad braulionem cesaraugusta- »num.«* Subscriptio: *»Explicit liber Ysidori ethymologiarum.«*

CDXVII.

4831. / U. 271. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 218, in folio.*

Isidori Hispalensis Originum Libri XX.

Inscriptio Isidori et Braulionis epistolis subiuncta: *Incipiunt libri »Ysidori iunioris spalensis epi ad Braulionem Cesaraugustanum epis- »copum vel ad Sisebutum, scilicet dominum et filium scribti.«* Subscriptio: *»Explicit Isidorus continens in se XX libros, sub anno domini M° »CCCC° XII°.«*

CDXVIII.

3095. / φ. 63. *Codex manuscriptus chartaceus saeculi XV. foliorum 206, in folio.*

I. f. 1—56. Isidori Hispalensis Originum Libri XX.

Praemittuntur Isidori ad Braulionem et Braulionis ad Isidorum epistolae. Subscriptio: *»Explicit Ysidorus Ethymologiarum. Fi- »nito libro sit laus et gloria xpo.«*

II. f. 157—195. Liber Alexandri Magni de Proeliis.

Inscriptio: *»Incipit liber de nativitate, vita et morte omnium yestorum »Alexandri.«* Adduntur notulae sequentes: *»Nota diligenter, quicumque »hunc librum voluerit legere, sciat ubicumque occurret A. solum, hoc »Alexandrum regem signat, ubi vero D. hoc darium regem signat, »ubi vero P. hoc Porum regem demonstrat.«* Item: *»Hec acta magni »Imperatoris Allexandri sunt plenarie conscripta, et hoc sub anno domini »M. CCCC. quarto, et est finitus liber iste in die sancti Thome de Aquino, »et dum eram in Busskowis apud dominum Nicolaum presbiterum*

„tunc scripsi." — Item subscriptio in calce libri: *„Finis adest operis, mer-„cedem posco laboris. Finitus est liber iste in die scti Thome de Aquino „sub anno domini M° CCCC° IIII°, sub feria sexta. Qui hunc librum scri-„bebat Johannes nomen habebat."*

III. f. 195—206. Gesta Romanorum, cum Applicationibus moralisatis et mysticis.

Inscriptio: *„Inchoantur gesta Romanorum anno domini M. CCCC. V°. „in adventu domini."* Subscriptio *nulla.*

CDXIX.

Codex manuscriptus membranaceus saeculi IX. foliorum 8, in quarto. 2404. φ. 170.

I. f. 1—8. Fragmentum Glossarii Latini.

Inscriptio: *„Incipit liber aethimologi id est de proprietate sermonum vel „glosa, hoc est hermeneumata ab A usque Z."* Initium: *„A a vox dolentis „est idem uacuae. Ab, ablatiui casus id est absentis."* etc. Pertingit non-nisi ad finem litterae B. et in plurimis cum Isidori Glossario convenit. Voces notabiliores in hoc fragmento hae fere occurrunt: *„Ab aluearibus, „a presepibus."* — *„Abante nocte, uespere incidente."* — *„Abaso, „infirma domus."* — *„Abemeat, eradicat."* — *„Abellum, agnus re-„cens natus."* — *„Ab exti, intestina ostiarum aspiciens."* — *„Abigeius, „qui tollit rem aut peculium alienum."* — *„Ablunda, panici et mellei „folliculi."* — *„Abnepos, filius pronepotis."* — *„Abnepus, extra-„neus."* — *„Aboriginis, originis oblitus."* — *„Ab ovilibus, apo ton „probatostasion id est a caulibus pecodum ablatium est."* — *„Abrep-„tus, impetu repertus."* — *„Abreptius, furiosus, ariolus."* — *„Ab-„sistans, distans."* — *„Abstote, abite, recedite."* — *„Abstrepi-„tum, signa quę cum pauore solemus audire."* — *„Abtra, folia uitę."* — *„Acertis, securis que flamminis aut magistratibus presto sunt."* — *„Acitella, alte edocatus."* — *„Accubantes, super uentrem turpiter „recubantes."* — *„Acidiator, stomachator."* — *„Acnonitus, qui „nulli communicat."* — *„Adasia, ovis maior quę peperit."* — *„Adeox, „indignus vel nigrus, seu ardens."* — *„Adclibatum, obliquum vel cur-„vum."* — *„Adclibe, oblique vel erute."* — *„Adclides, genus gladii „rotundi."* — *„Adliguret, summatim degustat."* — *„Admentum, „ligamentum quod in medio lanceae ligatur vel ausutae ad iactandum."* — *„Adescit, aderit, presenserit."* — *„Adtruncat, auertit, alienat."* — *„Aelam, porticum."* — *„Aevitas, aetas."* — *„Agonetheta, qui „preest in bello certantibus."* — *„Albes, mines."* — *„Amatores, ri-„vales, duo qui amant unam, quasi de uno rivo."* — *„Amphibalus, „villosus, birrum."* — *„Ambifarius, ambobus partibus loquens."* —

„*Ambro, consumptor patrimonii.*" — „*Ambrones, devoratores.*" — „*Ambox, cibum.*" — „*Amorca, fex olei.*" — „*Annet, fulget.*" — „*Aribus, gladius falcatus.*" — „*Agus, qui aves collegit.*" — „*Batio-*„*ca, patera.*" — „*Baccapulus, in quo mortui efferuntur.*" — „*Bas-*„*sas, pingues aves.*" — „*Bassum, non altum.*" — „*Babigera,* „*stulta.*" — „*Bargine, peregrine.*" — „*Blasto, cubicularius.*" — „*Bacharium, vas aquarum.*" — „*Blappide, stulte sine causa loqui.*" — „*Borrus, rufus, niger.*" — „*Brocca, lubrosa.*" — „*Buda, sto-*„*ria.*" — „*Bumbum, sorbellum.*" — „*Bundae, sonus tympani.*" — „*Bucones, stulti rustici.*" — „*Burgus, castra.*"

II. f. 8. v. Fragmentum Grammatices Alcuini.

Inscriptio: „*Disputacio de vera philosophia Albini Magistri.*" Abrumpitur mox in verbis: (*Opp. edit. Froben. Ratisb. 1777. tom. II. p. 266.*) „*moderatus eorum usus adiuvat.*"

CDXX.

891. / φ. 425. *Codex manuscriptus membranaceus saeculi X. foliorum 73, in octavo.*

I. f. 1—4. Carmen de Convivio Caelitum.

Ita inscribimus ludicrum carmen, capite truncatum, quo codex orditur. Totum quantum habemus hic inserimus:

„*It maria intulit. Symon petrus prior bibit deinceps apostoli, et* „*quia uinum furatus amelsa subduxerat, et quia ionas pincerna male* „*permiscuerat Hinc crinippus murmurabat. Iohannes bibit aquas,* „*uinum petebat maria. Architriclinus hydrias. Ampullam ferebat mar-*„*tha. Iudas fert inuidiam. Hismahel sitiebat. uult bibere tobias.* „*Non concessa mater ambit filiorum gloria. Iacob adire certat alienas* „*pateras. Sublata mensa pilatus aquas petit, manibus tradidit sacer* „*iohannes. Martha ouans ministrat. Nermo grates effundebat. Pe-*„*trus pandit linthea. Isaias fert lucernam. Symon agit gratias. Anna* „*casta benedixit. dat rachel coronulas. Ipsorum moyses aspersit aquis* „*expiantibus. Aaron profert unguentum, crismatis mysterium, quo un-*„*guntur xpi pedes, conuiuis mirantibus. Tunc adam pomat*" (sic) „*ministrat. Samson faui dulcia. Dauid cytharam percussit. et ma-*„*ria tympana. Iudith choreas ducebat. et iubal psalteria. Asaph* „*metra canabantur. saltabat herodias. Mambres magus fert magiam.* „*diuidebatque isaac. oscula porgebat*" (sic) „*iudas. fraudulentus no-*„*xia uale ietro faciebat. Moyses lustrat mamora. sequitur pharao* „*turbam. cecidit in maria. Cumque omnes ire uellent rex ait respiciens.* „*Nunc per omnem nuptiarum frequentate uos diem. habituque commuttato* „*uelut pompam facite. hic ad domus ite iocabundi similes. Placuit regis*

„*voluntas conuiuis gaudentibus. Primus omnium prodiuit in magistro* ihs.
„*in custodia* iohannes. *Sequente* pharaone *uenator fiebat* nemroth.
„Petrus *reciarius.* Adam *pater hortolanus.* Iudas *extat proditor.*
„*exordiaria fiebant.* Cain *latro permeat, in pastore currit* abel. *in cur-*
„*sore fit* iacob. *fit sacerdos* zacharias. Dauid *ut rex ambulat. Per-*
„*git* iudas *cytharizans, ut piscator* iacobus. Ariochus *prodit cocus.*
„Rebecca *fert ydriam. Fornicator* ananias. Tecla *uestiaria. Stupi-*
„*dus fit molassa* don. *sapiens rex* salomon. Martha *prodit in mini-*
„*stro.* Urias *in milite. fit insanus rex* herodes. Cham *seruitus exhi-*
„*bet. Fit* isaac *ridiculosus.* Noe *nulat hebrius.* Job *dolorem docet*
„*fronte xpi sub effigie. Fit ut medicus* tobias, *et ut iudex* danihel.
„*fit faber ioseph dolabra. Prostituta fit* thamar. *Inodibilis fit* lia. *In-*
„*formosa fit* rachel. *Fit ut domina* maria *stella splendididissima.* Loth
„*procedit uelut prior.* Amalech *contrarius instructor esse videtur.* Esau
„*ut rusticus.* Hieroboam *fit inpostor.* Goliath *fortissimus.* Iona-
„thas *protendit arcum.* dauid *uertit clipeum. Sed quia iam prostitutam*
„*quę rebat* sychem *dinam. Aquas* Aaron *effundebat. Contendebat tunc*
„dina. Ionas *caluus nudus erat. naufragus per maria, plangebant*
„*cuncti recisa palpantes preputia. Tunc solem petebat* auaces *et lauata*
„bersabeth. *Siccarentur paritura. Mentitur* hieroboam *rex.* Su-
„sanna *sed palpitat. Erubescebat* rebecca. *plangebat* hieremias.
„*non habentes maculatam furto conscientiam. quod scrutans apud* benia-
„min *reppererant quodque fuerat in* ioseph *raptum prouidentia. Mox*
„*probatur furti reus.* charmique *filiolus* Tebel *illum condempnatum.*
„*morte tradit omnibus. Tunc occasionem sumens callide percussit* moyses
„*in complexus* iacob *currens thecam uestem detraxit.* Danihel *ad ter-*
„*ram sternit.* Dauid *petra percussit.* Aaron *uirga percutit.* Hel *flagel-*
„*lum configit.* Judas *intima diffindens in ficus supposuit.* Thegaphar
„*lancea strauit.* Charmi *corpus cecidit. Anathema de fauillis cadentis*
„*apparuit. Victrix turba conuiuantium in se leta redit. Rex iubet sepelia-*
„*tur qui fuerat mortuus uendit agri sepulchrum* ephron, *emit* abra-
„ham. *monumentum facit* nahor, *quod* cain *edificat, premium capta-*
„*bat* iudas. Martha *dat aromata.* Noe *lusit, et* pilatus *superscripsit*
„*titulum. Clamat gaudens* zacharias. Misahel *eripitur.* Helisabeth
„*iam foeta sub partu confunditur. It* maria *cęlo dignum stupens puerpe-*
„*rium. Hęc cantabat* papa tassus *solio* cornelii *graphium tenens*
„*uietis iam retunsum digitis et detritis ludibundus scribebat in tabulis.*
„*quem ab* hostia *conspexit sub portu* cartaginis. *quando symplex* iob
„*formosum condolebat subdolum, quando largus sanctus* petrus *auarum*
„gregorium, *quando castus sanctus* paulus *incestum* georgium.
„*Spiritus virtute sancti. Binis in synodibus. Unde gaudens letabatur* im-
„perator Karolus *cum* francigenis poetis. *cum* gallis *bibenti-*
„*bus. Ridens cadit* gaudericus *supinus in lectulo.* Zacharias *ammi-*

„ratur. docet *anastasius*. Unde dudum conculcata gaudet nunc eccle-„sia. *Roma* libera triumphans. *Tarquinos* effugat. Presules deponunt „arma. Soli xpo militant. Cum eo gratus super ista *Petrus* tractat cu-„ria. Tyrannus unde crassatur. *Hiezabel* tendit hamum. Vicinus „predo letatur. Vir duplex allicitur. Solus *petrus* xpo duce Vincens „damnat noxios. *Saphyram*, *symonem magum*, *herodem*, *ana-„niam*." — Fragmentum meo sensu memoratu dignissimum evulgasse sufficiat, non deerunt periti interpretes.

